At, dulciorem mellibus, labris facit

Hinc ficum et hinc occurrere ;

Citrosque nostris stravit in vestigiis,

Quas nulla bis tulerit parens.

With cedars, chosen by His hand
From Lebanon, He plants the land:
And makes the hollow seas that roar
Proclaim the ambergrease on shore.
He casts (whereof we rather boast)
The Gospel pearl upon our coast,
And in these rocks for us did frame
A temple where to sound his name.
O let our voice His praise exalt
Till it arrive at Heaven's vault;
Which then perhaps rebounding may
Echo beyond the Mexique bay.'
Thus sung they in the English boat
A holy and a cheerful note;
And all the way to guide their chime
With falling oars they kept the time.

Andrew Marvel.

Ⓞ that I was.

O THAT I was where I would be!
Then I would be where I am not:
But where I am I still must be,
And where I would be I cannot.

Gammer Gurton.

Hic inque Libano monte quaesitas cedros
 His ipse transtulit jugis ;
 Jussitque longe provoluta subvehi
 Strepente fluctu succina.
 Quin et Penates (majus) huc rapuit fretis,
 Ceu margaritas æquoris ;
 Specusque posuit more templorum arduos,
 Qua sacra fierent cœlitum.
 Ergo inchoantes laudis altisonæ chorum
 Illum usque clamemus Deum,
 Donec reverberatus exultet fragor,
 Ultra recessus Mexico !'
 Tales Britanni lintre fundebant sonos,
 Pietate freti conscia ;
 Ultroque remis in modum cadentibus,
 Insigne curabant melos.

C. M.

Displicet iste locus, clamo.

O UTINAM essem, qua nunc esse volo !
 Essem celeriter, qua non esse nolo :
 Sed esse loco, quo sum, est necesse,
 Et nequeo, quo loco essem, esse.

H. D.

Euphelia and Chloe.

THE merchant, to secure his treasure,
 Conveys it in a borrowed name:
 Euphelia serves to grace my measure;
 But Chloe is my real flame.

My softest verse, my darling lyre,
 Upon Euphelia's toilet lay;
 When Chloe noted her desire,
 That I should sing, that I should play.

My lyre I tune, my voice I raise,
 But with my numbers mix my sighs;
 And whilst I sing Euphelia's praise,
 I fix my soul on Chloe's eyes.

Fair Chloe blushed; Euphelia frowned:
 I sung and gazed: I played and trembled:
 And Venus to the Loves around
 Remark'd how ill we all dissembled.

Prior.

Ride a Cock Horse.

RIDE a cock horse
 To Banbury Cross,
 To see an old woman upon a white horse:
 With rings on her fingers
 And bells on her toes,
 She shall have music wherever she goes.

Gammer Gurton

Lavinia et Chloe.

TRANS mare mercator falso sub nomine currit,
 Ut vehat intactas dissimulator opes ;
 Non male perjuram decorat Lavinia musam ;
 At mihi lux vera est, veraque flamma Chloe.

Molle meum in thalamo cultæ Lavinia mensæ
 Addiderat carmen dulcisonamque lyram ;
 Quum me blanda Chloe tenerum quid ludere jussit,
 Et non indocta verrere fila manu.

Sollicito chordas, vocemque e pectore mitto ;
 Sed gemitus inter carmina triste sonant ;
 Dumque audit falsam de se Lavinia laudem,
 Totus adorato figor in ore Chloes.

Erubuit formosa Chloe ; Lavinia frontem
 Contraxit ; cecini contremuique simul :
 Et Venus ipsa suo ridens clamavit Amori ;
 ‘ En tria facundis prodita corda genis !’

J. M.

Spectatum admissi risum teneatis, amici ?

INFANS, quadrivium ad Banburiensium
 Manno te celere corripe ligneo :
 Illic quadrupedem flectere candidum
 Miram conspicies Anum.

En, quinque in digitis sex habet annulos,
 Tintinnabula sex in digitis pedum !
 Felix, dulce melos, quod ciet undique,
 Quoquo vertitur, audiet !

D.

Mont Blanc before Sun-Rise.

HAST thou a charm to stay the morning-star
In his steep course? So long he seems to pause
On thy bald awful head, O sovran Blanc!
The Arve and Arveiron at thy base
Rave ceaselessly; but thou, most awful Form,
Risest from forth thy silent sea of pines,
How silently! Around thee and above
Deep is the air and dark, substantial, black,
An ebon mass: methinks thou piercest it,
As with a wedge! But when I look again,
It is thine own calm home, thy crystal shrine,
Thy habitation from eternity!
O dread and silent Mount! I gazed upon thee,
Till thou, still present to the bodily sense,
Didst vanish from my thought: entranced in prayer
I worshipped the Invisible alone.

Yet, like some sweet beguiling melody,
So sweet, we know not we are listening to it,
Thou the meanwhile wast blending with my thought,

In Album Montem.

Dic quibus illecebris, magico quo carmine flectis
Luciferum prono in cursu; dic, maxime regum
Rex montanorum? capitis sic vertice calvi
Hæsitat, Albe, tuo, et lascivit amore morandi.
Inferius fremit Arva, exæstuat, improbus amnis,
Arvirisque soror: sed tu, sanctissima Rupes,
Surgis ab undanti pinorum molliter umbra
Ipsa immota, silens. Te circum et desuper Aer
Corporeus, vastaque niger caligine pendet,
Densum ebeni robur, cuneato fissile saxo!
Frons ea prima fuit: sed jam mihi proditur error:
Est tua pura domus, sunt et crystallina fana;
Est, quod ab æterno fuit, inviolabile regnum.
Mons sacer, O torvæ taciturna palatia brumæ,
Totus eram in vobis, donec, rerumque locorumque
Immemor, obtutu starem defixus in illo,
Aspiceremque nihil; tum demum numine vinci
Arcano, atque unum supplex orare Jehovam.
Sed veluti melicæ quadam dulcedine vocis
Fallimur auriti, neque adhuc audire videmur;
Intima sic tangis præcordia, nectere mecum,
Pars melior vitæ: sic visi fœdere certo

Yea, with my life and life's own secret joy:
Till the dilating Soul, enwrapt, transfused,
Into the mighty vision passing—there
As in her natural form, swelled vast to Heaven!

Coleridge.

The Parents' Warning.

THREE children sliding on the ice
All on a summer's day,
As it fell out, they all fell in,
The rest they ran away.

Now had these children been at school,
Or sliding on dry ground,
Ten thousand pounds to one penny
They had not all been drowned.

You parents that have children dear,
And eke you that have none,
If you will have them safe abroad,
Pray keep them safe at home.

Gammer Gurten.

Consentire dies et prospera fata duorum :
 Donec se expandens Animus, perque omnia fusus,
 Inque gigantea resolutus imagine, formam
 Ceu capiat propriam, caeli ad fulgentia templa
 Exoritur, superisque petit miscerier auris.

H. D.

Parents Admonití.

ΚΡΥΣΤΑΛΛΟΠΗΚΤΟΥΣ τρίπτυχοι κόροι ροὰς
 ὄρα θέρους ψαίροντες εὐτάροισι ποσὶ,
 διναιῖς ἔπιπτον, οἷα δὴ πίπτειν φιλεῖ,
 ἅπαντες· εἶτ' ἔφευγον οἱ λελειμμένοι.
 ἀλλ' εἶπερ ἦσαν ἐγκεκλεισμένοι μοχλοῖς,
 ἢ ποσὶν ὀλισθάνοντες ἐν ξηρῷ πέδιον,
 χρυσῶν ἂν ἠθέλησα περιδόσθαι σταθμῶν,
 εἰ μὴ μέρος τι τῶν νέων ἐσώζετο.
 ἀλλ', ὦ τοκεῖς, ὅσοις μὲν ὄντα τυγχάνει,
 ὅσοις δὲ μὴ, βλαστήματ' εὐτέκνου σποράς,
 ἢν εὐτυχεῖς εὐχῆσθε τὰς θυράζ' ὁδοῦς
 τοῖς παισὶν, εὖ σφᾶς ἐν δόμοις φυλάσσετε.

B. F.

The Pledge.

DRINK to me only with thine eyes,
 And I will pledge with mine;
 Or leave a kiss within the cup,
 And I'll not ask for wine.
 The thirst, that from the soul doth spring,
 Doth ask a draught divine;
 But might I from Jove's nectar sip,
 I'd change it not for thine.

Ben Jonson.

Pillycock.

OLD Pillycock sat on a grassy hill,
 And if he's not gone, he sits there still.

Gammer Gurton.

The Marks of Love.

COME here, fond youth, whoe'er thou be,
 That boast'st to love as well as me,
 And if thy breast have felt so wide a wound,
 Come hither and thy flame approve;
 I'll teach thee what it is to love,
 And by what marks true passion may be found.

It is to be all bathed in tears,
 To live upon a smile for years,
 To lie whole ages at a beauty's feet,
 To kneel, to languish, to implore,
 And still, though she disdain, adore.
 It is to do all this, and think thy sufferings sweet.

Propinatio.

LUMINIBUS solis mihi, Lydia cara, propines ;
 Luminibus reddam mox ego, crede, vices :
 Vel tantum admoto cyathum mihi tinge labello,
 Et desiderium fugerit omne meri.
 Scilicet, ex anima quæ fervida nascitur ima,
 Non nisi divino est fonte levanda Sitis ;
 Ast ego, donentur mihi si Jovis ipsa, recusem
 Pocula : sunt labris illa secunda tuis.

G. K.

Pilliccocius.

LACERPICIFERO jugo sedebat,
 Et, si non abeat, diu sedebit,
 Spes ille ultima Pilliccociorum.

H. D.

Indicia Amoris.

FERRE parem nostris qui te, puer, ignibus ignem
 Jactas, si caleat forte quis igne pari,
 Infelix tua vota refer : referam ipse vicissim,
 Quid sit Amor, pateat qualibus ille notis.

Est, pasci in totos risum, si riserit, annos :
 Est, solvi in lacrymas, fundere vota, preces :
 Ante pedes semper volvi et languere puellæ ;
 Si fugit illa, sequi : sic cupere usque sequi.

It is to gaze upon her eyes
With eager joy and fond surprize,
Yet temper'd with such chaste and awful fear,
As wretches feel who wait their doom;
Nor must one ruder thought presume,
Though but in whispers breathed, to meet her ear.

It is to hope, though hope were lost,
Though heaven and earth thy wishes cross'd:
Though she were bright as sainted queens above,
And thou the least and meanest swain
That folds his flock upon the plain,
Yet if thou darest not hope, thou dost not love.

It is to quench thy joy in tears,
To nurse strange thoughts and groundless fears:
If pangs of jealousy thou hast not proved,
Though she were fonder and more true
Than any nymph old poets drew,
O never dream again that thou hast loved.

If, when the darling maid is gone,
Thou dost not seek to be alone,
Rapt in a pleasing trance of tender woe;
And muse and fold thy languid arms,
Feeding thy fancy on her charms,
Thou dost not love: for love is nourish'd so.

Est, in virgineis hæere ardentè ocellis ;
Pectora dum cohibet, cœu peritura, timor,
Ne qua forte procax vel ab imo corde susurrus
Auriculas stringat, commaculetque genas.

Est, spe dimissa non desperare, resistant
Si votis homines, si Deus ipse, tuis :
Illa licet Venerem superet, tuque infimus Ægon,
Ni te spes fovcat, non tibi notus Amor.

Est, lacrymas inter gaudere et gaudia luctu
Miscere ; est, pacta contremere usque fide :
Namque licet casta sit castior illa Diana,
Ni sic horrueris, non tibi notus Amor.

Dumque absit, ni percipias tecum esse, viasque
Sæpius ambiguas incommittas eas ;
Nescio quid tenerum meditans et totus in illo,
Quicquid id est, raptus, non tibi notus Amor.

If any hopes thy bosom share
 But those which Love has planted there,
 Or any cares but his thy breast enthral,
 Thou never yet his power hast known :
 Love sits on a despotic throne,
 And reigns a tyrant, if he reigns at all.

Now if thou art so lost a thing,
 Hither thy tender sorrows bring,
 And prove whose patience longest can endure :
 We'll strive whose fancy shall be tost
 In dreams of fondest passion most ;
 For if thou thus hast loved, oh never hope a cure !

Barbauld.

Little Jack Horner.

LITTLE Jack Horner
 Sat in a corner
 Eating a Christmas pie :
 He put in his thumb
 And pulled out a plum,
 And cried, ' What a good boy am I !'

Gammer Gurton.

Sique tuum pectus contingat spesve metusve,
 Quæ tibi non dederit blandus et asper amor,
 Hinc procul, erro levis! nondum urere: cuncta tyrannus
 Nam regit imperio, cum regit, iste fero.

Atqui si fueris, puer, ah! tam proditus, adsis;
 Ut, quid uterque gemat, discere uterque queat.
 Quisquis enim tantos animo conceperis ignes,
 Invenies nullam, quæ tibi prosit, opem.

F. W.

Festo quid potius dic.

HORNER IACCULO sedit in angulo
 Vorans, ceu serias ageret ferias,
 Crustum dulce et amabile:
 Inquit et unum extrahens prunum;
 'Horner, quam fueris nobile pueris
 ' Exemplar imitabile!'

H. D.

Sweet Echo.

SWEET Echo, sweetest nymph, that livest unseen
 Within thy aery shell,
By slow Meander's margent green,
And in the violet-embroidered vale,
 Where the love-lorn nightingale
Nightly to thee her sad song mourneth well:
Canst thou not tell me of a gentle pair
 That likest thy Narcissus are?
 O! if thou have
Hid them in some flowery cave,
 Tell me but where,
Sweet queen of parley, daughter of the sphere!
So may'st thou be translated to the skies,
And give resounding grace to all heaven's harmonies.

Milton.

Dulcis Echo.

NYMPHIA, quam leni refluente amne
 Ripa Mæandri tenet, ambiente
 Aeris septem nebula, uvidique
 Marginis herba;

Sive te valles potius morantur
 Roscidis pictæ violis, amorem
 Qua suum noctu Philomela dulci
 Carmine luget;

Ecqua, Narcissi referens figuram,
 Visa te fratrum species duorum
 Movit? ah si qua, Dea, sub caverna
 Furta recondis,

Dic mihi qua nunc, male te secuti,
 Florea tecum lateant in umbra,
 Vocis argutæ domina, et canori
 Filia cœli!

Sic et in sedem redeas paternam;
 Et, chori dum tu strepitum noveni
 Æmulans reddis, gementur ipsis
 Gaudia Divis.

E. C. H.

Ἄχω, κλυθί μοι, Ἄχῳ, στροφή.
 νυμφαῶν ἀγανωτάτα,
 κρυπτόν ἀέριον σκάφος
 ναίουσ', ἢ χλοεράν πλάκα
 Μαιάνδρου πᾶρ' ἀκύμονος,
 βασσας ἢ κάτ' ἰοδνεφεῖς,

Harmion.

O WOMAN, in our hours of ease
Uncertain, coy, and hard to please,
And variable as the shade
By the light quivering aspen made;
When pain and anguish wring the brow,
A ministering angel thou!

Scott.

ὄπου θ' ἂ δύσερως πίνυγχ'
 ἀηδῶν μέλος οἰκτρὸν
 καλῶς σοὶ καταθρηνεῖ.
 λίσσομαι, ἀβράν μοι,
 κούρα, φράζε συνώριδα,
 ποῦ ναίει, μάλα τῷ σῷ ἀντιστρ.
 Ναρκίσσῳ δέμας ἐμφερής·
 εἰ δ' ἔκρυψας ἐν ἄνθεσι
 σπηλαίου τινος, ἀλλά μοι
 εἴποις ποῦ ποτε, φιλτάτα
 φεῦ· δέσποιν', ὄρου θεά,
 πρόφρασ', οὐρανόπαι. κείς πο-
 λὸν οὔτω μεταναστᾶς,
 Ὀλύμπιο μελάθρων
 εὐκέλαδον πάση
 δοίης ἀρμονία χάριν.

L.

Splendide Splendax.

FEMINA, quæ, molles si quando carpinus horas,
 Tristis es, et dubia concilianda vice;
 Quæ levior zephyro, tremulaque incertior umbra,
 Quam facit alternis populus alba comis;
 Cum dolor atque supercilio gravis imminet angor,
 Fungeris angelico sola ministerio.

H. J. T. D.

Oft in the Stilly Night.

OFT in the stilly night,
 Ere slumber's chain has bound me,
 Fond Memory brings the light
 Of other days around me:
 The smiles, the tears, of boyhood's years,
 The words of love then spoken;
 The eyes that shone, now dimmed and gone;
 The cheerful hearts now broken.
 When I remember all
 The friends so linked together,
 I've seen around me fall,
 Like leaves in wintry weather;
 I feel like one who treads alone
 Some banquet-hall deserted,
 Whose lights are fled, whose garlands dead,
 And all but he departed!

Moore.

The Tell-Tale.

I WILL tell my own daddy, when he comes home,
 What little good work my mammy has done:
 She has earnt a penny, spent a groat,
 And a hole is torn in the baby's new coat.

Gammer Gurton

Ad Absentes Amicos.

SÆPE mihi, dum nox late silet, ante catena
 Quam domitos sensus vinxerit alma quies,
 Præteritos reparat magica dulcedine soles
 Mnemosyne, cupida sollicitata prece.
 Omne redit, quidquid ridere aut flere solebam,
 Quidquid et effari motus amore puer;
 Qui nunc luce carent, oculi effulgere videntur;
 Quæ periere, novo corda lepore micant.
 Ah! quoties animo veteres reminiscor amicos,
 Indelibata pectora juncta fide,
 Quos ego, væ misero, vidi cecidisse superstes,
 Ut folia hiberno flamine rapta cadunt;
 Deserta videor spatari mœstus in aula,
 Quam nuper festi perstrepuere chori;
 Qua lychni sine luce manent, sine odore corollæ;
 Et, de convivis tot modo, solus ego!

B. H. K.

Sycophanta.

OPTIMUS ille domum redeat pater, omnia dicam—
 O pater, infelix accipe matris opus;
 Unum demeruit, consumpsit quatuor asses,
 Inque nova infantis veste foramen hiat!

H D

Auld Lang Syne.

SHOULD auld acquaintance be forgot,
And never brought to min' ?
Should auld acquaintance be forgot,
And days o' lang syne ?

For auld lang syne, my dear,
For auld lang syne,
We'll tak a cup o' kindness yet,
For auld lang syne.

We twa hae run about the braes,
And pu't the gowans fine ;
But we've wandered mony a weary foot
Sin' auld lang syne.

We twa hae paidl't i' the burn
Frae mornin sun till dine ;
But seas between us braid hae roared
Sin' auld lang syne.

And here's a hand, my trusty fier,
And gie's a hand o' thine ;
And we'll tak a right good willie waught,
For auld lang syne.

And surely ye'll be your pint-stoup,
And surely I'll be mine ;
And we'll tak a cup o' kindness yet,
For auld lang syne.

Tempus Actum.

PRISCORUM immemores esse sodalium,
 Lapsis ex animo quos adamavimus,
 Priscorum immemores esse sodalium et
 Acti temporis—hoc decet?

Acti, care comes, temporis ob dies,
 Acti, fide comes, temporis ob dies,
 Spumantis pateram combibe Cæcubi,
 Acti temporis ob dies.

Flores in calathis nos amaranthinos
 Una per juga quot devia legimus!
 Sed lassos peregre traximus heu! pedes,
 Acti temporis ex die.

Quin solem ad medium margine fontium
 Certatim in vitreo flumine lusimus:
 Ast inter fremuit nos patulum mare,
 Acti temporis ex die.

Amplexum, comes o fide, morabimur
 Dulcem—labra labris et manibus manum?
 Depromptæ quis erit jam modus amphoræ,
 Acti temporis ob dies?

Potantes cyathi fœdere, mutuum
 Sumemus dabimusque impavidi merum;
 Cingemurque pia tempora pampino,
 Acti temporis ob dies.

For auld lang sync, my dear,
 For auld lang syne,
 We'll tak a cup o' kindness yet,
 For auld lang syne.

Burns

The Secret.

HERE, Chloe, dear Chloe, I'll tell you some news;
 I've just learnt it myself, and I cannot refuse;
 It's odd and it's awkward to tell—shut the door,
 Lest some listening rascal my secret explore.
 We're alone—I can't tell it—yet, somehow I feel
 It is equally stubborn and hard to conceal;
 There's nothing in silence, so let the word pass,
 I but knew it this morning—*I love thee, my lass!*

Δ.

The Kiss.

O LADIE faire,
 When by that holic Boke I see thee swear,
 Thinketh mine hearte,
 Oh what an ever-blessed Page thou art!
 Marrie, give me that kisse,
 The drie regardlessse Prynte wotteth not what it is.

Δ.

Acti, care comes, temporis ob dies,
 Acti, fide comes, temporis ob dies,
 Spumantis pateram combibe Cæcubi,
 Acti temporis ob dies!

H. D.

Composito rumpit vocem et se destinat arca.

ΔΕΥΡΟ μοι ἔλθε, Χλόη· μαλά γάρ λόγον ἄρτι διδαχθῆν
 Δύσκολον ἀρρητόν τ'—ἀλλά σοὶ ἐξερέω.
 Τήνδε θύραν μοι κλείσον· ἰδοῦσ' ἅμα, μή τις ἀλιτρος
 Κρυπταδίη παρίων, ὅττι πέρ ἐστι, μαθηῇ.
 Πῶς εἶπω; χαλεπὸν τὸ λέγειν, χαλεπὸν τε τὸ σιγᾶν·
 Ἄλλ' ἐν τῷ σιγᾶν οὐδέν—'ΕΡΩ ΣΕ, ΧΛΟΗ.

H. D.

Basium.

Cum labra imponens sacrum premis ore libellum,
 Præstans juratam, pulcra Maria, fidem,
 Quam vellem liber iste forem!—mihî basia serva;
 Non capit illecebras arida charta tuas.

H. H.

Giles Collins and Proud Lady Anna.

GILES Collins he said to his old mother,
‘Mother, come bind up my head,
And send to the parson of our parish,
For to-morrow I shall be dead, dead,
For to-morrow I shall be dead.’

His mother she made him some water-gruel,
And stirred it round with a spoon;
Giles Collins he ate up his water-gruel,
And died before ’twas noon, noon,
And died before ’twas noon.

Lady Anna was sitting at a window,
Mending her night-robe and coif;
She saw the very prettiest corpse
She had seen in all her life, life,
She had seen in all her life.

‘What bear ye there, ye six strong men,
Upon your shoulders so high?’
‘We bear the body of Giles Collins,
Who for love of you did die, die,
Who for love of you did die.’

‘Set him down! set him down!’ Lady Anna she cried,
‘On the grass that grows so green;
To-morrow before the clock strikes ten,
My body shall lie by his’n, by his’n,
My body shall lie by his’n.’

Anna et Corydon.

‘ O GENETRIX !’ lecto Corydon sic orsus ab ægro,
 ‘ O capiti, genetrix, indue vela meo ;
 ‘ Proximus adveniat, pagi qui cura, sacerdos ;
 ‘ Cras ego deponar mortuus ante fores.’

De mensa cochleare capax rapit anxia mater,
 Farraque cum tepidis mollia miscet aquis :
 Porrigit ille manum, medicataque pocula sumit,
 Et medium jacuit mortuus ante diem.

Nocturnam in patula vestem mitramque fenestra
 Assiduo reparans Anna suebat acu,
 Quum videt, et stupuit !—neque enim formosius unquam
 Viderat Esquilios ire cadaver agros.

‘ Dicite, proceri O comites, quæ ducitis illic
 ‘ Funera ? quodve humeros desuper urget onus ?’
 ‘ Ducimus ad tumulum Corydonis inania membra,
 ‘ Quem desiderium vicit amorque tui !’

‘ Me miseram ! precibus cur non ego busta piavi ?
 ‘ Ponite, in hac viridi ponite corpus humo.
 ‘ Ossibus ossa teram, thalamoque includar eodem ;
 ‘ Quartaque me puero cras dabit hora meo.’

Lady Anna was buried in the east,
 Giles Collins was buried in the west;
 There grew a lily from Giles Collins
 That touched Lady Anna's breast, breast,
 That touched Lady Anna's breast.

There blew a cold north-easterly wind
 And cut this lily in twain,
 Which never there was seen before,
 And it never will again, again,
 And it never will again.

Gammer Gurton

What's in a Name.

I ASKED my fair, one happy day,
 What I should call her in my lay,
 By what sweet name, from Rome or Greece;
 Lalage, Neera, Chloris,
 Sappho, Lesbia, or Doris,
 Arethusa or Lucrece?

'Ah!' replied my gentle fair,
 'Beloved, what are names but air?
 Choose thou whatever suits the line:
 Call me Sappho, call me Chloris,
 Call me Lalage, or Doris,
 Only, only, call me Thine.'

Coleridge.

Ergo oriens Phœbus tibi calfacit, Anna, sepulcrum ;
 Ad decedentem sternitur ille Diem :
 Sed leve liliolum, nascens Corydonis ab urna,
 In gremium dominæ dicitur isse suæ.

Venit ab hiberno furor illacrymabilis Euro,
 Et pia decedit basia lilioli ;
 Surrexit subito, subitoque evanuit, idem
 Hospes et infaustæ flosculus exul humi.

H. D.

Πόλλων ὀνομάτων μόρφη μία.

QUONAM nomine vellet illa, nostris
 Ut sese canerem in modis, amicam
 Rogavi ; sit Amanda, sit Melissa,
 Græco e fonte petita vel Latino,
 Sit Chloris, Nea, Laura, Dorimene,
 Seu quæcumque aliam magis probaret ?

‘ Ah ! quid me rogites ? ’ reponit illa :
 ‘ Nil sunt nomina sola præter auram.
 Si qua vox melior sonet canenti,
 Hanc dicas, sit Amanda, sit Melissa,
 Sit quæcumque alia aptior Camœnæ :
 Sed tantum Tua nominer memento.’

F. W.

The Convent.

‘Now, men of death, work forth your will,
For I can suffer, and be still;
And come he slow, or come he fast,
It is but Death who comes at last.’
Fixed was her look, and stern her air;
Back from her shoulders streamed her hair:
The locks, that wont her brow to shade,
Stand up erectly from her head:
Her figure seemed to rise more high;
Her voice despair’s wild energy
Had given a tone of prophecy.
Appalled the astonished conclave sate:
With stupid eyes, the men of fate
Gazed on the light inspired form,
And listened for the avenging storm:
The judges felt the victim’s dread;
No hand was moved, no word was said;
Till thus the Abbot’s doom was given,
Raising his sightless balls to heaven:—
‘Sister, let thy sorrows cease;
Sinful brother, part in peace!’

ΤΟ ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΟΝ.

ΝΥΝ δ', οἷς προσήκει, δρᾶτέ μ' οἷα δραστέα·
 ἐπίσταμαι γὰρ κὰν κακοῖς στέργειν ὅμως·
 θάνατος δ' ἐπελθὼν εἴτε θᾶσσον εἴτε μὴ
 οὐδὲν πέφυκεν ἄλλο πλὴν θνήσκειν μόνον.
 ὦδ' εἶπε, γοργωποῖσιν ἄστροφος κύκλοις·
 κόμη δ' ἀπ' ὄμων ἴσσεται· κρατὸς δ' ἄπο
 ἔστησεν ὄφρῶν βοστρύχους ἐπισκίους·
 δέμας δὲ μείζον ἤρεθ'. ὡς δὲ μάντεως
 ἔρρηξεν αὐδὴν ἠγριωμένη κακοῖς.
 κύκλος δ' ἐθάμβει ξύνεδρος, ἐμπλήκτοις κόραις
 ἔλαφρὸν εἰσορῶντες ἔνθεον δέμας·
 τυφῶ δὲ πᾶς τις προσδοκῶν ἀλάστορα,
 ἠλλαξε, προστροπαῖος ἐκ κριτοῦ, δέος,
 οὐ χεῖρα κινῶν, οὐ στόμ'. ἔσθ' ὑπ' αἰθέρι
 ἄρας ἀδέρκτων ὀμμάτων τυφλὰς κόρας
 ἱρεὺς τὸ μοιρόκρανον ἐξηύδα τέλος·
 ἐς τοῦτ', ἀδελφῆ, σοὶ μὲν ὠρίσθω πάθη·
 σὺ δ', ὦ ταλαῖφρον, βαῖν' ἐπ' εἰρήνην, κάσι.

C. J. V.

The Palace of Ice.

No forest fell

When thou would'st build ; no quarry sent its stores
To enrich thy walls ; but thou didst hew the floods,
And make thy marble of the glassy wave.

In such a palace Aristæus found

Cyrene, when he bore the plaintive tale

Of his lost bees to her maternal ear :

In such a palace poetry might place

The armoury of winter, where his troops,

The gloomy clouds, find weapons, arrowy sleet,

Skin-piercing volley, blossom-bruising hail.

Silently as a dream the fabric rose,

No sound of hammer or of saw was there ;

Ice upon ice, the well-adjusted parts

Were soon conjoined, nor other cement asked

Than water interfused to make them one.

Lamps gracefully disposed and of all hues

Illumined every side ; a watery light

Gleamed through the clear transparency, that seemed

Another moon new-risen, or meteor fallen

From heaven to earth, of lambent flame serene.

Cowper

Palatium Glaciale.

Non tibi, cum tantas auderes tollere moles,
 Submisere trabes silvæ, non hausta metallis
 Saxa nec effossæ crevere in mœnia quadræ :
 Ecce, tibi vitrei riguerunt marmore fluctus !
 Qualis Aristæum Cyrenæ régia matris
 Cepit, apum strages infectaque mella querentem ;
 Aut qualem sibi munit Hyems (ita fingere vates
 Crediderim) diris ut servet in ædibus arma,
 Si poscant sibi tela dari Ventique Nivesque,
 Si jaculum glaciale pruiniferasque pharetras.
 Surrexit tacite, ceu muta insomnia, moles ;
 Non crepitus serræ, sonuit non verbere surdo
 Malleus : ipsa super glacies illisa coactam
 Firmavit glaciem, (quid enim cæmenta requirat
 Molis opus liquidæ?) numerosaque fluxit in unum ;
 Lympharumque domus lympharum aspergine crevit.
 Lampades introrsum multisque coloribus ignes
 Fulgere ; transmissæ pallescere lucis imago :
 Nempe aliam in terris credas consurgere lunam,
 Delapsasque polo stellas atque uvida signa.

Lady's Larceny.

WHILE petty offences and felonies smart,
 Is there no jurisdiction for stealing a heart?
 You, fair one, will smile and cry, 'Laws, I defy you;'
 Assured that no peers can be summon'd to try you!
 But think not that paltry defence will secure ye,
 For the Muses and Graces will just make a jury.

Aron

Damon and Juliana.

COUGHING in a shady grove
 Sat my Juliana;
 Lozenges I gave my love
 Ipecacuanha:
 From the box the imprudent maid
 Three score of them did pick;
 Then sighing tenderly, she said;
 'My Damon, I am sick!'

Old Play

Sic me servabit Apollo.

DUM lex crimina vindicat minora,
 Raptorum haud tibi pœna tot procorum
 (Desunt quippe pares) nocet. Triumphas;
 Nec curare Deos Deasve credis,
 Convectes licet usquequaque prædas!
 Ah secura nimis, puella, pœnæ!
 Musæ quippe novem, Gratiaëque
 Te tres, justa caterva, judicabunt.

F. W.

Aegrescit medendo.

IN nemore umbroso Phyllis mea forte sedebat,
 Cui mollem exhausit tussis anhela sinum;
 Nec mora: de loculo deprompsi pyxida lævo,
 Ipecacuaneos exhibuique trochos.
 Illa quidem imprudens medicatos leniter orbes
 Absorpsit numero bisque quaterque decem;
 Tum tenero ducens suspiria pectore, dixit;
 'Thyrsi, mihi stomachum nausea tristis habet.'

S. B.

To a Friend.

ON parent knees a naked new-born child,
Weeping thou sat'st, while all around thee smiled :
So live, that sinking to thy life's last sleep,
Calm thou may'st smile, while all around thee weep.

Sir W. Jones.

Godiva.

THEN fled she to her inmost bower, and there
Unclasp'd the wedded eagles of her belt,
The grim Earl's gift : but ever at a breath
She linger'd, looking like a summer moon
Half dipt in cloud : anon she shook her head
And shower'd the rippled ringlets to her knee ;
Unclad herself in haste : adown the stair
Stole on ; and, like a creeping sunbeam, slid
From pillar unto pillar till she reached
The gateway : there she found her palfrey trapt
In purple blazoned with armorial gold.

Tennyson

Ad Sextium.

QUUM natalibus, O beate Sexti,
 Tuis adfuius caterva gaudens,
 Vagitu resonis strepente cunis,
 In risum domus omnis est soluta.
 Talis vive precor, beate Sexti,
 Ut circum lacrymantibus propinquis,
 Cum mors immineat toro cubantis,
 Solus non alio fruare risu.

H. J. T. D.

ΓΥΜΝΟΥΜΕΝΗ.

Ἡ δ' οὖν φυγοῦσα παρθενῶν' ἐπ' ἔσχατον
 ἀπῆλθεν· εἶτ' ἔλυσεν ἐκ ζώνης ἐκεῖ
 δισσοῖσι περονὴν αἰετοῖς ὁμόζυγα,
 ἀνδρὸς σκυθρωποῦ δῶρον· ἐν δὲ τῶδ' αἰεὶ
 κατεσχόλαζε, νύχιος ὡς μῆνη νέφει
 ὥρα θέρους τεγχθεῖσα θάτερον μέρος.
 ἄφαρ δ' ἔσειε κρᾶτα, καὶ κνημᾶς ἔπι
 κατεψέκαζεν ἑλικὰς ἐν φρίκη κόμας·
 σπουδῇ δὲ γυμνωθεῖσα κλιμάκων κάτα
 πρόσω φυγὴν ἔκλεψεν, οἷά θ' ἡλίου
 πλανῆτις αἴγλη, στῦλον ἐκ στύλου ποσὶν
 ἡμειψεν, ἕως ἀφίκετ' ἐξόδους πυλῶν,
 οὗ πῶλον ἐστῶτ' εἶδε, πορφυρᾶν χλίδην
 χρυσοῖς ἵφαντῶν γράμμασιν φοροῦνθ' ὑφῶν.

H. I. S. M.

The Deserted Village.

How often have I paused on every charm,
The sheltered cot and cultivated farm,
The never-failing brook and busy mill,
The decent church that topt the neighbouring hill,
The hawthorn bush, with seats beneath the shade,
For talking age and whispering lovers made!
How often have I blest the coming day,
When toil remitting lent its turn to play,
And all the village train, from labour free,
Led up their sports beneath the spreading tree;
While many a pastime circled in the shade,
The young contending, as the old surveyed;
And many a gambol frolicked o'er the ground,
And sleights of art and feats of strength went round;
And still as each repeated pleasure tired,
Succeeding sports the mirthful band inspired:
The dancing pair that simply sought renown
By holding out to tire each other down;
The swain mistrustless of his smutted face,
While secret laughter tittered round the place;
The bashful virgin's sidelong looks of love,
The matron's glance that would these looks reprove!
These were thy charms, sweet Village; sports like these
With sweet succession taught even toil to please;
These round thy bowers their cheerful influence shed;
These were thy charms—but all these charms are fled.

Goldsmith

Villa Deserta.

Au! quoties illo cessabam lentus in agro
 Miratus placidas culta per arva casas,
 Et loca qua pistrina sequacibus adstrepit undis,
 Mundaque vicinis addita templa jugis,
 Et frutices lætos, aptasque sedentibus umbras,
 Seu senium musset, sive susurret amor.
 Ah! quoties grato venerabar pectore lucem,
 Cum misso exciperent pensa labore joci,
 Multaque ruricolæ properarent agmina turbæ,
 Ducere sub patula fronde soluta choros.
 Tum fuit umbrosa quantum certamen arena!
 Colludunt juvenes, aspiciuntque senes;
 Innumerosque cient vexato in gramine gyros,
 Membrorum vegeta vi, celerique manu.
 Displiceat toties eadem repetita voluptas?
 Inveniet ludos læta caterva novos.
 Certatim innocuam qui produxere choream,
 Ut pedibus simplex gloria parta foret;
 Rusticus inspersa fœdus fuligine vultum,
 Qui movet occultos nescius ipse jocos;
 Virginis indictam prodentia lumina flammam,
 Quæque oculo mater vix prohibere velit—
 Hos comites inter, Sedes dilecta, laboris
 Dulcibus immisti leno placebat onus;
 Hæc tibi tranquillam spirabant undique pacem;
 Hæc tibi—sed notos deseruere locos!

Robin and Richard.

ROBIN and Richard
 Were two pretty men:
 They both lay in bed
 Till the clock struck ten;
 Then up starts Robin
 And looks at the sky;
 'Oh! brother Richard,
 The sun's very high!
 You go before
 With your bottle and bag;
 And I will come after
 On little Jack nag.'

Gammer Gurton

Enscription on an antique Ring.

I'LL heare thy voice of melodie
 In whispers of the summerre air;
 I'll see the brightnesse of thine eye
 In the blue eveninge's shininge starre;
 In moonlighte beames thy puritie;
 And look on heavenne, to look on thee!

C'roly

Geta et Doro.

GETA et Doro,
 Magnæ homines spei,
 Jacebant in toro
 Ad quartam diei.
 Tum exsiliens Geta,
 Viso æthere, 'Pol,'
 Ait, 'frater, O frater,
 Nitet medius Sol!
 I propera præ
 Cum sacculo et amphora,
 Et mox sequar te
 Ego pone cum Samphora*.'

H. D.

Inscriptum in Annulo antiquo.

VERNI canoris in Noti suspiriis
 Cœleste vocis audiam melos tuæ;
 Oculi videbo fulgidi purum jubar
 Non infidelis Hesperii sub ignibus:
 Formosa mentem Luna depinget tuam;
 Teque intuebor, intuens cœli vias.

H. D.

* Οὐκ ἐλάσ, ᾧ Σαμφορᾶ; ARISTOPH. *Nub.*

Oh! snatch'd away in beauty's bloom.

OH! snatch'd away in beauty's bloom,
On thee shall press no ponderous tomb:
But o'er thy turf shall roses rear
Their leaves, the earliest of the year,
And the wild cypress wave in tender gloom:

And oft, by yon blue gushing stream,
Shall Sorrow lean her drooping head,
And feed deep thoughts with many a dream,
And ling'ring pause and lightly tread:
Fond wretch! as if her step disturb'd the dead!

Away; we know that tears are vain,
That death nor heeds, nor hears distress:
Will this unteach us to complain?
Or make one mourner weep the less?
And thou—who tell'st me to forget,
Thy looks are wan, thine eyes are wet.

Byron.

Cui dolet, meminít.

O QUAM virentem nil potuit Venus
Juvare, letum quin raperet citum,
Te nulla sopitam sepulcra
Mole prement et inane marmor!
Sed rite flores, munera cespiti
Nascentis anni prima, feret rosa;
Mœstumque caligans cupressus
Funerea trepidabit umbra.
Quin, ille rivus qua vitrea scatet
Lympha, revertens sæpe Aliquis caput
Recline demittet, sub ima
Multa agitans simulacra mente;
Lentumque nullo cum strepitu pedem
Sistens, favillam lene premet tuam;
Ceus gressus (ah! frustra laborans)
Exanimem cinerem moveret.
Actum est! dolores scilicet irriti:
Nec curat Orci sæva necessitas
Audire! dediscas querelam
Et nimios iterare luctus.
Sed manat eheu! lacryma non minus;
Tuque ipse, fletum qui memorem jubes
Cessare, tabescis recenti
Imbre genam tenerosque vultus.

Comus.

Two such I saw, what time the labour'd ox
In his loose traces from the furrow came,
And the swink'd hedger at his supper sat;
I saw them under a green mantling vine,
That crawls along the side of yon small hill,
Plucking ripe clusters from the tender shoots.
Their port was more than human as they stood:
I took it for a fairy vision
Of some gay creatures of the element,
That in the colours of the rainbow live,
And play i' the plighted clouds. I was awe-struck,
And as I past, I worshipt. If those you seek,
It were a journey like the path to Heaven
To help you find them.

Milton.

ΚΩΜΟΣ.

ΤΟΙΩΔ' ἔσειδον, εὔτε νικηθεῖς πόνῳ
 ζεύγλαισι χαλαραῖς ἦλθε βούς ἀπ' αὔλακος,
 δειπνῶν καθῆτο δ' ἀγρότης ἔργῳ βαρύς.
 τοιῶδ' ἔσειδον· ἀμπέλου δ' ὑπὸ σκιά
 χλωρᾶς, πλατείας, τοῦδ' ἐφερπούσης λόφου
 εἰκῇ βραχεῖαν δειράδ', ὀρπήκων ἄπο
 βότρυν πέπειρον εἶλον· ἐστῶτος δ' ἰδεῖν
 ζεύγους ἐφαίνεται οὐ κατ' ἄνθρωπον φύσις.
 ὄναρ δ' ἔγωγε, κούχ ὕπαρ, νιν εἰσορᾶν
 ἔδοξ', ἄγαλμα ποικίλειμον αἰθέρος,
 ἔνναιον αἰόλαισι Ἰριδος βαφαῖς,
 νεφελῶν τε παῖζον ἐν πτυχαῖς πεπλεγμένων.
 ἰδῶν δ' ἐθάμβουν· προσεκύνουσι δὲ προσμολῶν.
 εἰ δ' οὖν σὺ ταύτης, ἧς λέγω, ξυνωρίδος
 ἦκεις κατὰ ζήτησιν, οὐρανοῦ τις ἦν
 ὁδός, τὸ τούσδε κἀμέ συζητεῖν ὁμοῦ.

C. J. V

Death.

AY, but to die, and go we know not where;
To lie in cold obstruction, and to rot:
This sensible warm motion to become
A kneaded clod; and the delighted spirit
To bathe in fiery floods, or to reside
In thrilling regions of thick-ribbed ice;
To be imprisoned in the viewless winds,
And blown with restless violence round about
The pendent world; or to be worse than worst
Of those, that lawless and uncertain thoughts
Imagine howling—'tis too horrible!
The weariest and most loathed worldly life
That age, ache, penury, and imprisonment
Can lay on nature, is a paradise
To what we fear of death.

Shakspeare.

Nothing can come of nothing.

THERE was an old woman called 'Nothing-at-all,'
Who rejoiced in a dwelling exceedingly small;
A man stretched his mouth to its utmost extent,
And down at one gulp house and old woman went.

Samner Gurton.

Flemento mori.

ATTAMEN hinc ruere, et cæcis incurrere fatis,
 Mors ubi mundanam clausurit ista diem:
 Hoc calidum torpere, amittere sensile sensum;
 Nec vim materiæ nec superesse decus:
 Divinam residere animam flammantibus undis,
 Ignea qua cruciat pestis, et atra sitis;
 Aut arces inter septam mœrere nivales,
 Qua durata jacent arva perenne gelu;
 Sive rapi ventis telluris mœnia circum,
 Vincula perpessam carceris aërii;
 Agmina seu miserorum inter sine fine vagari,
 Per vacuas cœli jussa ululare vias:
 Horribile est!—Salvete, humani vos mala mundi
 Pessima, pauperies, vincla, senecta, labor!
 Morte procul, mortisque metu, vos pignora adeste,
 Vos comites vitæ, sit modo vita, mea.

W. J. L.

Ex nihilo nil fit.

QUÆ 'Nihili-omnino' gaudebat nomine, tectis
 Læta perexiguis se recreabat Anus:
 Stabat hiulca Gigas expandens ora, domumque
 Ah! simul et miseram contumulabat Anum.

F. H.

Caroline.

I'll bid the hyacinth to blow,
I'll teach my grotto green to be,
And sing my true love all below
The holly bower and myrtle-tree.

There all his wild-wood sweets to bring,
The sweet South Wind shall wander by,
And with the music of his wing
Delight my rustling canopy.

Come to my close and clust'ring bower,
Thou Spirit of a milder clime,
Fresh with the dews of fruit and flower,
And mountain heath and moory thyme :

With all thy rural echoes come,
Sweet comrade of the rosy Day ;
Wafting the wild bee's gentle hum,
And cuckoo's plaintive roundelay.

Where'er thy morning breath has played,
Whatever isles of Ocean fanned,
Come to my blossom-woven shade,
Thou wandering Wind of fairy land.

For sure from some enchanted isle,
Where Heaven and Love their sabbath hold,
Where pure and happy spirits smile,
Of beauty's fairest brightest mould ;

Carolina.

FRAGRARE in pratis hyacinthinaserta jubebo ;
Instituum quernis antra virere comis :
Quaque tumens certat cum sacra laurea myrto,
Qua peream flamma, motus amore, canam.

Illic delicias silvarum et frigora carpens
Felicem Zephyrus pervolabit humum ;
Cujus in amplexu et sub dulce sonantibus alis
Secessus læti pensilis umbra tremet.

Ad mea saxa veni, et crinitum frondibus antrum,
Spiritus, Idaliis almiore orte rosis ;
Ferque simul floresque novos et roscida mella,
Et cum montano ture palustre thymum.

Concentu nemorum pleno, campique susurris,
Adsis, O roseum concomitate diem ;
Ad mea saxa veni, mœsta cum voce cuculli,
Prodat et agrestem quod leve murmur apem.

Qua matutino spirasti cunque volatu ;
Quascunque Oceani luseris inter aquas ;
Nunc mecum intexta requiescas floribus umbra,
Immemor Elysii, mobilis Aura, tui.

Quippe ego crediderim fusos te nectare fontes,
Et magici lucos deseruisse soli ;
Puræ ubi sunt animæ, et Veneris pulcherrima proles,
Et cum cœlicolis sabbata condit Amor.

From some green Eden of the deep,
 Where Pleasure's sigh alone is heaved,
 Where tears of rapture lovers weep,
 Endeared, undoubting, undeceived;

From some sweet Paradise afar
 Thy music wanders, distant, lost;
 Where Nature lights her leading star,
 And love is never, never crossed.

Oh gentle gale of Eden bowers,
 If back thy rosy feet should roam,
 To revel with the cloudless Hours
 In Nature's more propitious home;

Name to thy loved Elysian groves,
 That o'er enchanted spirits twine,
 A fairer form than Cherub loves,
 And let that name be CAROLINE!

Campbell.

The Travelled Puss.

'Pussy cat, pussy cat, where have you been?'
 'I've been to London to see the Queen.'
 'Pussy cat, pussy cat, what did you there?'
 'I frightened a little mouse under the chair.'

Gammer Gurton.

Est. ubi forte trahit suspiria sola Voluptas,
 Insula cœruleo semisepulta mari ;
 Qua læti ninium fletu solvuntur amantes,
 Nuptaque vult caro carior esse viro ;

Quidam est longinqua dulcis Paradisus in ora,
 Unde tuum labens exulat orbe melos ;
 Qua parte accendit formosos Hesperus ignes,
 Pressaque sunt fidis oscula inulta genis.

Hospes ab Idaliis, Zephyre O suavissime, lucis,
 Si forte ad patriam sis rediturus humum,
 Lascive cupiens cum resplendentibus Horis
 Ludere Naturæ prosperiore domo ;

Bis terque Elysios doceas resonare recessus,
 Antraque cœlestis religiosa chori,
 Nomen inornatæ, Superum quæ vincat amores,
 Virginis—inque illo sit CAROLINA sono.

H. D.

Felis Percrinabunda.

‘Dic ubi terrarum, dulcissima Felis, abires?’
 ‘Augustæ in plateas, Reginam ut cernere possem.’
 ‘Et quid in Augusta tibi contigit, optima Felis?’
 ‘Attonitum feci murem sub sede latentem.’

F. H.

Honesty the best policy.

WITH jewelled hair and ribbons rare
 Corinna wooes each lover ;
 And all the tricks men's hearts to fix
 Which women's wits discover.

While Chloe pure, with aim more sure,
 And wiser far than she,
 Comes chastely drest in beauty's best,
 Her own simplicity.

Blenkin.

We come, We come.

COME, if you dare, our trumpets sound ;
 Come, if you dare, the foes rebound :
 We come, we come, we come, we come,
 Says the double, double, double beat of the thundering
 drum.

Now they charge on amain,

Now they rally again :

The gods from above the mad labour behold,
 And pity mankind that will perish for gold.

Dryden.

Prudens Simplicitas.

VESTIBUS, unguentis, cultuque insignis, et auro,

Vendere se nobis stulta Corinna putat.

Prudens parcit opes gemmis insumere emendis,

Ornaturque sua simplicitate Chloe.

J. H.

ΥΠΑΙ ΣΑΛΠΙΓΓΟΣ ΗΞΑΝ.

"ΟΡΝΥΣΘ', ὄρνυσθ', εἴ τινες ἤδη
 πόλεμον τολμάτ', ἰαχεῖ σάλπιγγξ'
 ὄρνυσθ', ὄρνυσθ', ἀντιβοῶντες
 βρόμον ἀντίπαλον πᾶς τις ἐγείρει·
 σπεύδομεν, ἤκομεν, ἤλθομεν ἤδη.
 πολλὰ δὲ φωνᾷ βρυχία καναχεῖ
 τύμπανα τηλοῦ μετ' ἐπασσυτέρων
 βροντᾶς μυκώμεν' ἀραγμῶν.
 ἤδη ἰπιδρομαῖς λαβραῖς ἐπέχουσ',
 ἀνὰ δ' αἴσσουσιν τοῦμπαλιν αὐθις,
 Θεῶν καθυπερθὲν τάδε μαινομένους
 καταδερκομένων· οἱ δ' ἐλεαίρουσ'
 ἄφρονα τόλμαν
 χρυσῶ δῆτ' ἄμφι θανόντων.

L.

The Great Triumph.

HURRAH! for the Great Triumph
That stretches many a mile!
Hurrah! for the rich dye of Tyre,
And the rich web of Nile!
The helmets gay with plumage
Torn from the pheasant's wings;
The belts set thick with starry gems,
That shone on Indian kings;
The urns of massy silver;
The goblets rough with gold;
The many-coloured tablets bright
With loves and wars of old;
The stone that breathes and struggles;
The brass that seems to speak!
Such cunning they, who live on high,
Have given to the Greek!

Macaulay.

Io Triumphc.

Io ! continua ductus ovantium
Pompa, Sidoniis illita purpuris
Vestimenta, Triumphc, et
Nili delicias tenes ?
En, pluma galeæ divite lucidæ
Eoæ quatiunt exuvias avis ;
Consertusque lapillis
Splendet sidere clarior
Gestamen domini balteus Indici ;
Argentique gravis pondere dædalo
Crater fertur, et aureis
Squalent pocula laminis :
Et, quarum posita rursus imagine
Prisci vivit amor pugnaque sæculi,
Processere tabellæ
Pictæ mille coloribus !
Luctanti similis, stat lapis artifex ;
Stant facunda labris æra tacentibus :
Sic callere magistra
Graüs dant Superi manu !

Tom Bowling.

HERE a sheer hulk lies poor Tom Bowling,
The darling of our crew ;
No more he'll hear the tempest howling,
For death has broached him to.
His form was of the manliest beauty,
His heart was kind and soft ;
Faithful below he did his duty,
But now he's gone aloft.

Tom never from his word departed,
His virtues were so rare ;
His friends were many and true-hearted ;
His Poll was kind and fair :
And then he'd sing so blithe and jolly
Full many a time and oft ;
But mirth is turned to melancholy,
For Tom is gone aloft.

Yet may poor Tom find pleasant weather,
When He, who all commands,
Shall give, to call life's crew together,
The word to pipe all hands !
Thus Death, who kings and tars despatches,
In vain Tom's life has doffed ;
For though his body's under hatches,
His soul has gone aloft.

Amyclas.

EN! jacet ad cautes, sine fune phaselus, Amyclas,
 Deliciæ gregis ille marini:
 Audiet haud iterum resonas super alta procellas,
 Cui dominans Mors carbasa legit.
 Nobilis huic inerat species, et mascula forma,
 Et probitas, et pectus amicum;
 Inter transtra fide insignis, patiensque laborum,
 Nunc abiit super ardua mali.

Huic stetit ingenium miris virtutibus auctum,
 Promissique tenax et honesti;
 Carus ut ingenuis ubicunque sodalibus esset,
 Carior et dulci Galatææ.
 Carmina sæpe etiam festiva voce canebat,
 Felicissimus inter nautas:
 Sed læti in tacitum risus vertere dolorem;
 Ille abiit super ardua mali.

At tibi non gravior consurgat ventus, Amycla,
 Cum Dominus terræque marisque,
 Ære ciens omnes torvo, compellet in unum,
 Qui verrunt tumidæ freta vitæ.
 Sic, quæ finis adest nautis et regibus æque,
 Mors frustra abripuit tibi lucem;
 Nam, subjecta foris, quamvis tibi membra rigescant,
 Spiritus it super ardua mali.

Saul.

THOU, whose spell can raise the dead,
 Bid the prophet's form appear.
 'Samuel, raise thy buried head!
 King, behold the phantom seer.'

Earth yawned: he stood the centre of a cloud:
 Light changed its hue, retiring from his shroud:
 Death stood all glassy in his fixed eye;
 His hands were withered and his veins were dry:
 His foot in bony whiteness glittered there,
 Shrunken and sinewless and ghastly bare:
 From lips that moved not and unbreathing frame,
 Like caverned winds, the hollow accents came.
 Saul saw, and fell to earth, as falls the oak
 At once, and blasted by the thunder-stroke.

'Why is my sleep disquieted?
 Who is he that calls the dead?
 Is it thou, O King? Behold
 Bloodless are these limbs and cold:
 Such are mine; and such shall be
 Thine to-morrow when with me.
 Ere the coming day is done
 Such shalt thou be, such thy son.
 Fare thee well! but for a day;
 Then we mix our mouldering clay.'

Saulus.

QUÆ potes obscœna voce excantare sepultos,
 Forma Sacerdotis, te duce, surgat humo!
 ‘Adsis ex Acheronte tuo mihi jusse, Samuel!
 Ecce! Sacerdotis, Rex, tibi forma venit.’

Prodiit e tumulo cinctus caligine Vates,
 Pallet ab inferna veste repulsa dies;
 Lumina funereum testantur fixa soporem,
 Vena suo vacua est sanguine, dextra riget.
 Candidus, et qualis solet esse silentibus umbris,
 Pes leviter nudo concutit osse solum:
 Immoto tum verba labro, exanimique figura,
 Ceu cava de scopulis flamina, rauca sonant.
 Vidit, et in medio procumbit pulvere Saulus:
 Non quercus citior fulmine tacta ruit.

‘Cur vocor in lucem? placidam quis suscitât umbram?
 Quis capiti requiem non sinit esse meo?
 Regi igitur, Saulo trahor obuius? Ecce, cadaver!
 Exsanguis digitos et gelida ossa vide!
 Hæc mea sunt; et tu, quum crastina fulserit Eos,
 Mecum deposito corpore talis eris.
 Imo, ante æthereum quam sol compleverit orbem,
 Talis erit natus, talis et ipse pater.
 Saule, brevi valeas! paucis labentibus horis,
 Mistus erit noster tempus in omne cinis:

Thou, thy race, lie pale and low,
 Pierced by shafts of many a bow ;
 And the falchion by thy side
 To thy heart thy hand shall guide ;
 Crownless, breathless, headless, fall
 Son and Sire, the house of Saul !'

Byron.

Ba! Ba!

'BA! ba! black Sheep,
 Have you any wool?'
 'Yes, master, that we have,
 Two bags full :
 One for our master,
 And one for our dame,
 But none for the naughty boy
 That lives in the lane.'

Gammer Gurton.

Sur le Collier d'un Chien.

NE te promets point de largesse :
 Quiconque me trouvera,
 S'il me ramène à ma maîtresse,
 Pour recompense la verra.

Anon.

Vulnera mille ferens cæsa cum prole jacebis ;
 Fusa cruentato pallida forma solo :
 Hostibus ante minax, domino nunc letifer ensis,
 Actus erit dextra per tua corda tua :
 Omne pari cadet exitio ; sceptrumque decusque ;
 Et sua cum Sauli corpore tota domus.'

W. G. H.

Ἐραβίς Ἐραβίς quod accidit.

'Bis salveto, ovium phalanx nigrorum !
 Lanam, delicias meas, habetis ?'
 'O quidni duo sacculos habemus ?
 En, unum dominæ, alterum magistro !
 Sed pravus puer est in angiportu,
 Et pravus pueris nihil feremus.'

H. D.

Suum cuique.

"Ἦν με τάχ' Ἰλιόνη κατάγης, οὐ μίσθον ἀποίσεις
 χρύσειον, ἀλλ' αὐτὴν ὄψεαι Ἰλιόνην.

H. J. H.

ERRANTEM reddas : non indotatus abibis :
 Aspicias dominam, nec pete plura, meam.

H. J. H.

Begone, Dull Care.

BEGONE, dull Care,
I pr'ythee begone from me ;
Begone, dull Care,
Thou and I shall never agree.

Long time thou hast been tarrying here,
And fain thou wouldst me kill ;
But i' faith, dull Care,
Thou never shalt have thy will.

Too much Care
Will turn a young man grey ;
Too much Care
Will turn an old man to clay.

My wife shall dance and I will sing,
And merrily pass the day ;
For I hold it one of the wisest things
To drive dull Care away.

So begone, dull Care,
I pr'ythee begone from me ;
Begone, dull Care,
Thou and I shall never agree.

Atra Cura.

ΜΕΘΕΣ με, Φροντὶ λυγρά,
 καὶ φρουῶδ' ἐς αἰθέρ' ἔρρε·
 μέθες με, Φροντὶ λυγρά·
 τί σοὶ γάρ ἐστι κάμοι;
 πάλαι σὺ τῆδε φρουρεῖς,
 σοὶ δ' ἀσμένη θάνομι' ἄν·
 μὰ Δί' ἀλλά, Φροντὶ λυγρά,
 οὐχ, ὦν ἐράς γε, τεύξει.
 ἐκ φροντίδος περιττῆς
 πολιαὶ νέω φύονται·
 ἢ φροντὶς ἢ περιττῆ
 τύμβον γέροντα ποιεῖ.
 ἀλλ' ἄσομαι μὲν αὐτὸς,
 γυνὴ δὲ συγχορεύσει,
 ὑφ' ἡδονῆς θ' ὁ λοιπὸς
 διάζεται βίος νῶν·
 ἐν πᾶσι γὰρ σοφοῖσιν
 σοφώτατον νομίζω
 τὸ φροντίδ' ἐκσοβῆσαι.
 μέθες οὖν με, Φροντὶ λυγρά,
 καὶ φρουῶδ' ἐς αἰθέρ' ἔρρε·
 μέθες με, Φροντὶ λυγρά·
 τί σοὶ γάρ ἐστι κάμοι;

Samson Agonistes.

NOTHING is here for tears, nothing to wail,
Or knock the breast; no weakness, no contempt,
Dispraise or blame; nothing but well and fair,
And what may quiet us in a death so noble.
Let us go find the body, where it lies
Soaked in his enemies' blood; and from the stream
With lavers pure and cleansing herbs wash off
The clotted gore. I, with what speed the while
(Gaza is not in plight to say us nay)
Will send for all my kindred, all my friends,
To fetch him hence, and solemnly attend
With silent obsequy and funeral train
Home to his father's house. There will I build him
A monument, and plant it round with shade
Of laurel ever green, and branching palm,
With all his trophies hung, and acts enrolled
In copious legend or sweet lyric song.
Thither shall all the valiant youth resort,
And from his memory inflame their breast
To matchless valour and adventures high:
The virgins also shall on feastful days
Visit his tomb with flowers, only bewailing
His lot unfortunate in nuptial choice,
From whence captivity and loss of eyes.

Milton.

Samson Agonistes.

TALIA nec lacrymas moveant, neque pectoris ægrum
Cum gemitu planctum: neque turpe aut debile quicquam
Aut miserum video; sed pulchræ gloria mortis,
Sed decus, et nostri superant solatia luctus.
Quin agimus: vos fœdum hostili cæde cadaver
Quærite, concretumque herbis purisque cruorem
Fontibus abluite. Interea mihi cura propinquos
Conglomerare meos, (neque enim jam Gaza volentes
Impedit,) et pleno comitantes agmine amicos;
Qui patrias illum, deflendum funus, ad aulas
Solennis referant per justa silentia pompæ.
Mox etiam lauro cingam monumenta perenni,
Hac exstructa manu, patulaque tropæa sub umbra
Pendebunt platani, quæcunque a Marte triumphans
Abstulit; inscriptasque viri longo ordine dotes,
Vel lyrici mira ponam dulcedine cantus.
Hæc celebrent olim fortis monumenta juvenus,
Accendentque animos, ut tanta exempla colentes
Protinus intrepidi sanetæ fastigia famæ
Affectent virtute nova; festisque diebus
Florea virgineæ fundent ibiserta catervæ,
Lævaque plorabunt hymenæi fata catenas
Artibus immisisse graves, oculisque tenebras.

Athenæi Fragmentum in palimpsesto bibliothecæ Ambrosianæ ab Angelo Maio inventum, antehac vero non editum.

—περὶ δὲ τῶν κοσσύφων, ὡς ἐκ κριβάνου τοῖς δειπνοῦσι παρατεθέντες ἄδουσι, περὶ δὲ ὀρνιθίων τινων, ὡς τῶν παιδισκῶν τὰς ῥίνας καταπτάμενα ἀρπάζει, τῶν κωμικῶν τις οὕτως γράφει·

—ἀλλὰ νῦν ὑπάδετ', ἄνδρες, ἄσμα τοῦ τετρωβόλου·
 βασιλικῶ τις ἦν ἐν οἴκῳ θύλακος ζειῶν πλέως·
 κόσσυφοι δὲ κριβανῖται τετράκισ ἐξ ἐν πέμματι·
 τοῦ δὲ πέμματος κοπέντος, ἠυστόμησαν τῶρνεα·
 οὐ τόδ' ἦν ἔδεσμα δείπνοις καὶ τυραννικοῖς πρέπον·
 ἐν μυχῶ δόμων ὁ βασιλεὺς τὰργύρι' ἐλογίζετο,
 ἀναβάδην δ' ἔτρωγε χάρις πυρνὸν ἄρτον καὶ μέλι
 ἢ βασιλὶς· ἢ παῖς δ' ἀν' αὐλὴν βύσσι' ἐξήρτα λίνου,
 νηπία· κάτω γὰρ ἦλθεν ἀπὸ τέγουσ ὀρνίθιον,
 τήν τε ῥίνα τῆς ταλαίνης ὥχετ' ἐν ῥύγχει φέρου.

E. C. H.

A Song of Sixpence.

SING a song of sixpence,
A pocket full of rye :
Four and twenty blackbirds
Baked in a pie :
When the pie was opened
The birds began to sing ;
Was not that a dainty dish
To set before the King ?

The King was in the parlour
Counting out his money ;
The Queen was in the chamber
Eating bread and honey ;
The maid was in the garden
Hanging out the clothes :
Down came a little bird
And carried off her nose.

G. G.

The Gods of Epicurus.

For they lie beside their nectar, and the bolts are hurl'd
 Far below them in the valleys, and the clouds are lightly curl'd
 Round their golden houses, girdled with the gleaming world :
 Where they smile in secret, looking over wasted lands,
 Blight and famine, plague and earthquake, roaring deeps
 and fiery sands,

Clanging fights, and flaming towns, and sinking ships, and
 praying hands.

But they smile, they find a music centred in a doleful song
 Steaming up, a lamentation and an ancient tale of wrong,
 Like a tale of little meaning though the words are strong ;
 Chanted from an ill-used race of men that cleave the soil,
 Sow the seed and reap the harvest with enduring toil,
 Storing yearly little dues of wheat and wine and oil ;
 Till they perish, and they suffer—some, 'tis whispered,
 down in hell

Suffer endless anguish, others in Elysian valleys dwell,
 Resting weary limbs at last on beds of asphodel.

Fennyson.

Good Music and bad Dancing.

How ill the motion with the music suits !
 So Orpheus play'd, and like them danced the brutes !

Congreve.

Deos didici securum agere æbum.

DI suum nectar bibentes abdito jacent jugo :
 Stringit inferiora fulgur, lambit aureas domos
 Nube prævelatus æther, orbe cinctas lucido :
 Quæque subter monstra cernunt, illa rident clanculum ;
 Vim maris, telluris haustus, ignem, et aeris luem,
 Arma, cædes, furta, raptus, ora comprecantium.
 At juvat risisse, diri carminis dulcedine,
 Irritum sublime murmur, veteris ambagem mali,
 Maximæ vocis querelam, paulum habentem ponderis :
 Quippe læsi cantilenam generis, operum providi,
 Dudum arantis, proserentis, congerentis undique
 Quantulam stipem quotannis vini, olivi, tritici :
 Occupet dum Mors ; et hos, sic fama, pœnarum sator,
 Tartarus per sæcla vexet ; his in Elysio cavo
 Membra declinare fessa præstet Asphodeli torus.

C. M.

Ars sine Arte.

QUAM valet arte chelys, tantum caret arte chorea !
 Orpheos ad citharam sic saluere feræ.

B. H. K.

Progress of Poesy.

THEE the voice, the dance obey,
Tempered to thy warbled lay.
O'er Idalia's velvet green
The rosy-crowned Loves are seen,
On Cytherea's day,
With antic sports and blue-eyed Pleasures.
Frisking light in frolic measures;
Now pursuing, now retreating,
Now in circling troops they meet:
To brisk notes in cadence beating
Glance their many-twinkling feet.
Slow melting strains their Queen's approach declare:
Where'er she turns the Graces homage pay:
With arms sublime that float upon the air,
In gliding state she wins her easy way:
O'er her warm cheek and rising bosom move
The bloom of young Desire and purple light of Love.

Gray.

Ad Poesin.

TE vox, te sequitur chorus,
Si quando liquidum protuleris melos.
Et quum Diva potens Cypri
Natalem Idaliæ concelebrat diem,
Mox vittis roseis Amor,
Exultatque levis turba Cupidinum,
Ludis juncta decentibus:
Tum nudo viridem pulsat humum pede
Audax Lætitiæ cohors:
Incedunt, celeres mox revocant gradus,
Turmæve orbibus invicem
Occurrunt, hilares dum resonant modi,
Concordesve pedes micant.
Adventum Veneris carmine languido
Lenti significant soni:
En! quacunque jacet lumina, Gratia
Reginam obsequio colunt.
Sublatis manibus Diva per æthera
Molli tendit iter via;
Pulcher purpuream vibrat Amor facem,
Læti et flamma Cupidinis
Matris per gremium spargitur et genas.

Their Groves o' sweet Myrtle.

THEIR groves o' sweet myrtle let foreign lands reckon,
 Where bright beaming summers exalt the perfume;
 Far dearer to me yon lone glen o' green breckan,
 Wi' the burn stealing under the lang yellow broom.

Far dearer to me are yon humble broom bowers,
 Where the blue-bell and gowan lurk lowly unseen;
 For there lightly tripping amang the wild flowers,
 A-listening the linnet, aft wanders my Jean.

Though rich is the breeze in their gay sunny valleys,
 And cold Caledonia's blast on the wave;
 Their sweet-scented woodlands that skirt the proud palace,
 What are they?—the haunt of the tyrant and slave.

The slave's spicy forests and gold-bubbling fountains
 The brave Caledonian views with disdain;
 He wanders, as free as the winds of his mountains,
 Save love's willing fetters, the chains o' his Jean.

Burns.

Barnaby Bright.

BARNABY BRIGHT he was a sharp cur;
 He would make a great noise, if a mouse did but stir;
 But now he's grown old and can no longer bark,
 He's condemned by the parson to be hung by the clerk.

Gammer Gurton.

Ad Joannam.

SUAVIA laudabunt alii myrteta coloni,
 Qua nitidis ridet solibus auctus odor :
 Carior illa mihi filicum viret avia vallis,
 Celat ubi rivi flava genista fugam.

Carior illa humilis frondet mihi silva genistæ,
 Quas bellis latebras, quas hyacinthus amat ;
 Inter enim flores illos, ubi vernat acanthis,
 Sæpe levem celerat nostra Joanna pedem.

Rideat æstivis peregrina in vallibus aura ;
 Scotia ventoso frigore verrat aquas ;
 Silva quid est, celsas redolens quæ suspicit ædes ?
 Mœsta domus servi, mœsta ferocis heri.

Aurifluos Scotus fontes et odora vireta,
 Serviles, spectat fortis et odit, opes ;
 It vagus, it liber, patrio cum flamine—vinclis
 Solus Amor gratis, sola Joanna tenet.

B. H. K.

Barnabæocandidus.

BARNABÆOCANDIDUS Molossus acer erat,
 Latrabat ille fortiter, si mus se commoveret :
 Nequit senex nunc latrare, et canicida Pontifex
 Damnavit illum laqueo, et Clericus est carnifex.

H. D.

The Temptation.

EMPRESS of this fair world, resplendent Eve,
Easy to me it is to tell thee all
What thou command'st, and right thou should'st be obeyed.
I was at first as other beasts that graze
The trodden herb, of abject thoughts and low,
As was my food: nor aught but food discern'd
Or sex, and apprehended nothing high;
Till on a day roving the field I chanc'd
A goodly tree far distant to behold,
Loaden with fruit of fairest colours mix'd,
Ruddy and gold: I nearer drew to gaze;
When from the boughs a sav'ry odour blown,
Grateful to appetite, more pleas'd my sense
Than smell of sweetest fennel, or the teats
Of ewe or goat dripping with milk at even,
Unsuck'd of lamb or kid, that tend their play.

Milton.

Ο ΠΕΙΡΑΣΜΟΣ.

ΦΑΙΔΡΩΠ' ἄνασσα τῆσδε τῆς καλῆς χθονὸς
 Ἔυη, τὰ πάντ' ἂν εὐμαρῇ τείνας λόγον
 φράσαιμ' ἂν ἃ ἔλευσας, ἀξιά δὲ σὺ
 τούτων ἀκούειν. Θηρίοισιν οὖν ἐγὼ,
 ὅσοις ὑπάρχει βίοτον ἐν πολυστιβεῖ
 ποᾷ νομίζεις, τὴν τροφήν προσεμφερῆς,
 αἰσχρὸς τ' ἔφυν, τάπεινον οὐ καλὸν φρονῶν.
 καὶ δῆτ' ἐδώδην ἦν διαγνῶναι μόνην
 ἢ που τὸ θῆλυ, κοῦτι πρὸς τό γ' εὐγενές
 ἠπίσταθ' ἢ φρῆν· ἀλλ' ἐν ἀγροῖσιν ποτε
 εἰκῆ βαδίζων, τήλοθεν βλέπειν ἐμοὶ
 ἔδοξα δένδρον ὑψιγέννητον, βρυὸν
 καρποῖσι λαμπρῶν χρωμάτων μεμιγμένοις,
 χρυσαυγές, ἐρυθρόν. καὶ προσελθόντος γ' ἐμοῦ
 εὐδομον αὔραν, ἰμέρου θελκτηρίαυ,
 ἤκεν τὸ δένδρον, ὥστε προσγελαῖν ἔμε
 πολλῶ γε μᾶλλον ἢ τιν' ἀνθέων ἅπο
 γλυκεῖαν ὀσμῆν, ἢ ἔφεσπέρω χρόνῳ
 μητρῶν ἄρνος ἢ τινος μόσχου γάλα
 στάζοντα μαστὸν, τῆς νεαγενοῦς τροφῆς
 ἄθικτον, ἀβροῖς ἀμφὶ παιζούσης ποσί.

Peace.

I HAVE found Peace in the bright earth,
 And in the sunny sky ;
 By the low voice of summer-seas,
 And where streams murmur by.

I find it in the quiet tone
 Of voices that I love ;
 By the flickering of a twilight fire,
 And in a leafless grove :

I find it in the silent flow
 Of solitary thought,
 In calm half-meditated dreams,
 And reasonings self taught.

But seldom have I found such Peace,
 As in the soul's deep joy
 Of passing onward, free from harm,
 Through every day's employ.

If gems we seek, we only tire,
 And lift our hopes too high :
 The constant flowers that line our way
 Alone can satisfy.

Alford.

The Grenadier.

'Who comes here?' 'A grenadier.'
 'What d'ye want?' 'A pot of beer.'
 'Where's your money?' 'I forgot.'
 'Get you gone, you drunken sot!'

Gammer Gurton.

Pax.

PAX mihi est, rident ubi læta rura :
 Est mihi, claro radiante cœlo,
 Qua mare æstivum silet, et levis qua
 Murmurat amnis.

Est in annosa sine fronde silva ;
 Est ubi incerto focus igne lucet
 Vesperi ; est inter placidam loquelam
 Vocis amatæ :

Aut ubi soli tacitoque rerum
 Ante gestarum facies recursat ;
 Sive venturæ vigilantis inter
 Somnia surgunt.

Omnium vero mihi Pax adesto
 Illa, quæ dulcem decorat laborem,
 Jussa fungenti, vitio carentis,
 Munera vitæ.

Quid cupis gemmas ? quid avarus et spe
 Fessus insana nimis alta quæris ?
 Carpe contentus facili rubentes
 Tramite flores.

W. J. L.

Militi procero quod accidit.

‘QUISNAM est qui venit hic ?’ ‘Miles procerus et audax.’
 ‘Quidnam est quod poscis ?’ ‘Da liquidam Cererem.’
 ‘Ast ubi sunt nummi ?’ ‘Sum nummi oblitus et experts.’
 ‘Furcifer, ad corvos, ebrie, pote, tuos !’

H. D.

The Meeting of the Ships.

WHEN o'er the silent seas alone
For days and nights we've cheerless gone,
Oh those who've felt it, know how sweet
Some sunny morn a sail to meet!
Sparkling at once is every eye,
'Ship ahoy! ship ahoy!' our joyful cry;
And answering back the sounds we hear,
'Ship ahoy! ship ahoy! what cheer, what cheer?'
Then sails are backed, we nearer come;
Kind words are said of friends and home;
Till soon, too soon, we part with pain,
To sail o'er silent seas again.

Moore.

Mistress Mary.

MISTRESS Mary,
Quite contrary,
How does your garden grow?
With silver bells,
And cockle-shells,
And hyacinths all of a row.

Gammer Gurton.

Nabium Occursus.

CUM soli in tacito per tempora longa profundo
 Ivimus æquorea nocte dieque via,
 O bene, queis licuit, nota est animosa voluptas
 Mane sub æstivo cernere adesse ratem.
 Scintillant oculis orientia gaudia; voces
 Lætificæ resonant, 'Huc age, cymba, veni!'
 'Huc age, cymba, veni!' a lætis iteratur amicis;
 'Anne vales?' aliis partibus, 'anne vales?'
 Carbasa se retrahunt, propiores ducimur ambæ;
 Dulcia de cara dicta repente domo;
 Tum citius, citius divellimur, ut mare rursus
 Per solum et tacitum triste sequamur iter.

F. H.

Domina Maria.

O MEA Maria,
 Tota contraria,
 Quid tibi crescit in horto?
 Testæ et crotali
 Sunt mihi flosculi,
 Cum hyacinthino sereto.

H. D.

The Drama of Life.

ALL the world's a stage,
And all the men and women merely players ;
They have their exits and their entrances,
And one man in his time plays many parts,
His acts being seven ages. At first the infant.
Mewling and puking in the nurse's arms :
And then the whining school-boy, with his satchel
And shining morning face, creeping like snail
Unwillingly to school. And then the lover,
Sighing like furnace, with a woful ballad
Made to his mistress' eyebrow. Then a soldier,
Full of strange oaths, and bearded like the pard,
Jealous in honour, sudden and quick in quarrel,
Seeking the bubble reputation
Even in the cannon's mouth. And then the justice,
In fair round belly with good capon lined,
With eyes severe, and beard of formal cut,
Full of wise saws and modern instances ;
And so he plays his part. The sixth age shifts
Into the lean and slippered pantaloon,
With spectacles on nose and pouch on side ;
His youthful hose well saved, a world too wide
For his shrunk shank ; and his big manly voice,

Fabula Vitæ.

Quo partes agimus, terra est commune theatrum,
Scenaque factorum : instabiles eximus, inimus,
Fabulaque in septem vitæ producitur actus.
Principio in cunis vagit sine viribus infans,
Nutricisque sinu vomit et lallare recusat.
Inde puer querulus doctæ delubra Minervæ
Suspensus dextra oculos, et lucidus ora,
Incessu tardo adrepat : tum tristis amator
Fornacis ritu fervet, caræque puellæ
Molle supercilium lugubri carmine laudat.
Hinc bellator atrox, in jurgia promptus et audax,
Jurans per loca mira, feræ barbatus ad instar,
Vanum et inane decus vel in ipso limine mortis
Quærit ovans, vitamque cupit pro laude pacisci !
Proximus in scenam iudex venit. Ille rotundo
Ventre capit pullam, lautæque opsonia mensæ,
Contractos torquens oculos, barbaque timendus ;
Verbaque docta loqui solet, et nova promere facta ;
Et sibi sic proprias partes agit. Inde senecta
Vacillans curva titubat, macilentus homullus,
Laxa podagrosæ supponens tegmina plantæ ;
Cui pera ad latus est, et vitrea lumina nasum ;
Cui, bene servatus, jam major erure cothurnus.

Turning again towards childish treble, pipes
And whistles in his sound. Last scene of all,
That ends this strange eventful history,
Is second childishness and mere oblivion,
Sans teeth, sans eyes, sans taste, sans everything.

Shakspeare.

Daughter of Locrine.

VIRGIN daughter of Locrine,
Sprung of old Anchises' line,
May thy brimmed waves for this
Their full tribute never miss,
From a thousand petty rills,
That tumble down the snowy hills:
Summer drought or singed air
Never scorch thy tresses fair,
Nor wet October's torrent flood
Thy molten crystal fill with mud.
May thy billows roll ashore
The beryl and the golden ore;
May thy lofty head be crowned
With many a tower and terrace round,
And here and there, thy banks upon,
With groves of myrrh and cinnamon.

Milton.

Tum lingua infringi, vox delirare virilis,
 Et fundi infantes balba de nare susurri.
 Ocuis inde ætas succedit septima, finis
 Portenti, extremus vitai mobilis actus:
 Claudicat ingenium, rediere oblivia rerum;
 Gustus hebet, pereunt dentes, caligat ocellus;
 Omnia deficiunt atque uno tempore desunt.

B. H. D.

Nata Loerini.

VIRGO magni nata Loerini,
 Anchisiadum sanguis avorum,
 Sic tibi nunquam largus aquarum
 Careat plenis fontibus amnis;
 Sed desiliant montanarum
 Mille crepantes scatebræ nivium.
 Tibi nec diri Sirius astri
 Crinem attenuet, tostus et aer;
 Nec crystalli puros calices
 Inquinet atris October aquis.
 Sed beryllon, sed tuus aurum
 Mollem fluctus volvat ad oram;
 Sed tibi frontem turris et agger
 Læta semper mole coronent,
 Ripæque oleant mixta virenti
 Cinnama myrrha.

C. M.

The City Shower.

CAREFUL observers may foretell the hour,
By sure prognostics, when to dread a shower.
While rain depends, the pensive cat gives o'er
Her frolics, and pursues her tail no more.
Returning home at night, you'll find the sink
Strike your offended sense with double stink.
If you be wise, then go not far to dine;
You'll spend in coach-hire more than save in wine.
A coming shower your shooting corns presage;
Old aches will throb, your hollow tooth will rage;
Sauntering in coffee-house is Dulman seen;
He damns the climate, and complains of spleen.

Meanwhile the South, rising with dabbled wings,
A sable cloud athwart the welkin flings,
That swill'd more liquor than it could contain,
And, like a drunkard, gives it up again.
Brisk Susan whips her linen from the rope,
While the first drizzling shower is borne aslope:
Such is that sprinkling, which some careless quean
Flirts on you from her mop, but not so clean;

Imber Urbanus.

Si bene quis varii cognoverit omina cœli,
Non temere huic subitis obfuit imber aquis.
Scilicet in terras ubi sit ruitura procella,
Undique dant certas plurima signa notas.
Desinit assuetos venturi præscia ludos,
Nec sequitur caudam felis, ut ante, suam :
Putrida corruptos sentina emittit odores,
Cum propriam repetis, nocte ineunte, domum.
Si sapias, hodie sit cura domestica cœna ;
Mensa nec alterius suadeat ire foras ;
Quippe gravis sumptus conductæ, crede, quadrigæ
Pluris constabit, quam tua cœna domi.
Sæva dabunt importuni præscia calli,
Et novus a fractis dentibus angor erit.
Oscitat, inque uncta discinctus Natta popina
Multa piger de se, de Jove multa dolet.
Interea madidas Auster quatit humidus alas,
Et tristem nubes occupat atra polum,
Quæ nimio proluta haustu, velut ebrius olim,
Indelibatas evomit ore dapes.
Suspensas Susanna rapit de cannabe vestes,
Fertur ut obliqua prima procella via.
Sic tortis agitur de scopis fœtidus imber,
Præter inexpertas te properante fores :

You fly, invoke the gods; then turning stop
To rail; she singing still whirls on her mop.
Not yet the dust had shunned th' unequal strife,
But, aided by the wind, fought still for life.

Now in contiguous drops the flood comes down,
Threatening with deluge this devoted town:
To shops in crowds the daggled females fly,
Pretend to cheapen goods, but nothing buy.
The templar spruce, while every spout's abroad,
Stays till 'tis fair, yet seems to call a coach;
The tucked-up semstress walks with hasty strides,
While streams run down her oiled umbrella's sides.
Here various kinds by various fortunes led,
Commence acquaintance underneath a shed:
Triumphant tories and desponding whigs
Forget their feuds, and join to save their wigs.
Boxed in a chair the beau impatient sits,
While spouts run clattering o'er the roof by fits;
And ever and anon with frightful din
The leather sounds; he trembles from within.

Now from all parts the swelling kennels flow,
And bear their trophies with them as they go:
Filths of all hues and odour seem to tell
What street they sailed from, by their sight and smell.

Testaris Superos; fugis; ancillæque minaris;
Illa canit; gravior fit quoque gyrus aquæ.
Ingruit interea cum multo pulvere nimbus,
Et movet alternas sævus uterque vices.
Densior at cælo cum tandem decidit imber,
Guttaque jam guttam continuata premit,
Femina per madidos festinat plurima vicos;
Admissas alias prompta taberna capit.
Quælibet expositas miratur Delia merces;
Et, nihil empturæ, cuncta licentur anus.
Comptus inurbanum metitur Pollio cælum,
De conducendis ceu dubitaret equis:
Non lentis pedibus Phyale succincta laborat;
In latus umbellæ flumina mille furunt.
Hic varie ductos, variis qui partibus adstant,
Hospita colloquio congregat umbra pari;
Quique habet imperium regni, quique ardet habere;
Regnorum immemores, dum loca sicca petunt.
Parte alia juvenis, lectica vectus operta,
Ut sedet, effusas in caput horret aquas:
En! corium stridet, pluvias quod desuper arcet;
Horrendus sonor est; intus et ille tremit.
Omnibus interea in plateis tumuere canales,
Fertque simul prædam quæque cloaca suam;

They, as each torrent drives with rapid force,
From Smithfield to St Pulcre's shape their course ;
And in huge confluence joined at Snowhill ridge,
Fall from the conduit prone to Holborn bridge.
Sweepings from butchers' stalls, dung, guts, and blood,
Drowned puppies, stinking sprats, all drenched in mud,
Dead cats and turnip-tops come tumbling down the flood.

Swift.

To a Lady.

Too late I stayed, forgive the crime ;
Unheeded flew the hours :
How noiseless falls the foot of Time,
That only treads on flowers !

What eye with clear account remarks
The ebbing of the glass,
When all the sands are diamond sparks,
That dazzle as they pass ?

Ah ! who to sober measurement
Time's happy swiftness brings,
When birds of Paradise have lent
Their plumage to his wings ?

W. Spenser.

Utque ruunt luteum per vicum impulsa tropæa,
 Ipsa notant a queis partibus urbis eant.
 Per Fora, per totum violens fluit unda macellum;
 Immensos aperit longa Suburra sinus;
 Hic varia effecti rapiuntur pignora vici,
 Illa percussi mixta cruore bovis,
 Piscesque, immundique canes, felesque, fimusque,
 Stercus odoriferæ colluviesque viæ.
 Sed mihi nec spatium est nec mens, ut singula narrem:
 Cuncta simul tumidis rapta feruntur aquis.

J. H.

Ad Lydiam.

Non bene cunctabar; sed culpam ignosce fatenti;
 Oblitus horarum fui:
 Quam tacito incedit Tempus pede, nil nisi molles
 Cum calce flores proterit!

Quis, sensim ut refruunt, ita grana fidelis ocellus
 In vitreo notat globo,
 Si gemmis splendet simul omnis arena minutis,
 Nitore quæ fallunt suo?

Quis facilem certa metitur lege volatum
 Inter serena Temporis,
 Cum Paradisiacæ plumæ suffuderit alis
 Tempus colores aureos?

H. D.

Bye, Baby Bunting.

BYE, Baby Bunting!
Father's gone a hunting,
Mother's gone a milking,
Sister's gone a silking,
Brother's gone to buy a skin
To wrap Baby Bunting in.

Gammer Gurton.

Ad Infantem.

DORMIAS, bellule
Care puellule ;
Pater erraticus
Abit venaticus ;
Lacte matereula
Apparat fercula ;
Soror cum fiscina
Quærit bombycina ;
Frater his gnavior,
Frater his suavior,
Redit cum vellere,
Quo sciat pellere
Frigus a bellulo
Fratre puellulo.

E. C. H.

VENANDO pater est intentus ; parve, quiesce ;
Mulgendo mater ; parve, quiesce, puer.
Mercatum soror it bombycina syrmata : frater
Vellus emit tenerum, quod tua membra tegat.

F. H.

The Ceasing of the Oracles.

THE Oracles are dumb,
No voice or hideous hum
Runs through the arched roof in words deceiving.
Apollo from his shrine
Can now no more divine,
With hollow shriek the steep of Delphos leaving.
No nightly trance, or breathed spell,
Inspires the pale-eyed priest from the prophetic cell.

The lonely mountains o'er,
And the resounding shore,
A voice of weeping heard and loud lament;
From haunted spring and dale,
Edged with the poplar pale,
The parting Genius is with sighing sent.
With flower-inwoven tresses torn,
The Nymphs in twilight shade of tangled thickets mourn.

Oraculorum Defectio.

ORACULORUM quicquid erat, tacet ;
Nec fraudulentas murmure dissono
 Effundit ambages sacerdos
 Per magici laqueare templi.
Sanctisque sanctas incola Pythius
Dedoctus artes tandem adytis silet,
 Tandem ipse Delphorum supinam
 Destituit gemebundus arcem.
Nec fabulosæ noctis imagines,
Nec eloquio murmura Apolline
 Mentem pavescens ministri
 Fatidicis quatiant ab antris.
At sæpe fletus montibus inviis,
At crebra rauco litore personant
 Lamenta ; fons utcunque, Fauno
 Exule, populeaque silva
Prætexta vallis non sine planctibus
Linguuntur ; umbræque implicitæ Dryas
 Conquesta subiuvari recessu
 Scissa sedet vario capillum

In consecrated earth,
 And on the holy hearth,
 The Lars and Lemures mourn with midnight plaint ;
 In urns and altars round,
 A drear and dying sound
 Affrights the Flamens at their service quaint ;
 And the chill marble seems to sweat,
 While each peculiar power foregoes his wonted seat.

Milton.

He must be told on't, and he shall.

HE that can please nobody is not so much to be pitied,
 as he that nobody can please.

Colton.

Epitaph.

SHE took the cup of life to sip ;
 Too bitter 'twas to drain ;
 She meekly put it from her lip,
 And went to sleep again.

Anon

Flore impeditum; perque sacros focos,
 Et consecrato in cespite præsidum
 De nocte suspirant omisso
 Turba Larum Lemurumque cultu.
 Et inter urnas tenuis anhelitus,
 Arasque circum sparsus, et invicem
 Dilapsus arcanis timori est
 Flaminibus medio apparatu:
 Signumque ductum marmore frigido
 Sudoris udi stillat imagine,
 Sellisque Di, regno potiti
 Quisque suo, fugiunt relictis.

H. I. S. M.

Quæter est insanior horum?

O TER mihi dolende, qui nulli places!
 O millies dolende, cui nemo placet!

B. H. K.

EΥΘΑΝΑΣΙΑ.

PARVULA libarat vitam Melitilla; sed eheu!
 Displicuit nimia potus amaritie:
 Leniter amovit tenero cratera labello,
 Atque iterum somno lumina composuit.

B. H. K.

Queen Mab.

COME follow, follow me,
You Faery elves that be,
Which circle on the green,
Come follow Mab your queen :
Hand in hand let's dance around,
For this place is Faery ground.

When mortals are at rest,
And snoring in their nest,
Unheard and unespied
Through keyholes we do glide ;
Over tables stools and shelves
We trip it with our Faery elves.

Upon a mushroom-bed
Our table-cloth we spread ;
A grain of rye or wheat
Is manchet which we eat ;
Pearly drops of dew we drink
In acorn-cups filled to the brink.

The brains of nightingales,
With unctuous fat of snails,
Between two cockles stewed,
Is meat that's easily chewed :
Tails of worms, and marrow of mice,
Do make a dish that's wondrous nice.

Mabella Regina.

EIA! omnes celeri gradu sequentes,
Vos, quotquot Dryadum minutiorum
Circum gramineum perambulatis,
Reginam comitate vos Mabellam:
Conjunctis manibus, choro rotundo,
Sacrata saliamus hac in umbra.

Quum mortale genus, sopore victum,
Sertit pacifico toro recumbens,
Nos clavis cavitatem inire doctæ,
Quas non audiet aut videbit ullus;
Per mensas, abacos, scabella, turmæ
Saltamus Dryadum minutiorum.

Boleti caput en! torale nostrum
Apte sustinuit; levemque panem
Dat granum Cereris, levemque potum
Roris gutta, micans ut alba gemma,
In glandis cyatho satis capaci.

Quantum in lusciniâ latet cerebri,
Et testudinum adeps inunctiorum,
Cum binis cochleis perinde coctus,
Non est difficilis cibus molari:
Caudæ vermibus et medulla muri
Componunt epulas perelegantes.

The grasshopper gnat and fly
 Serve for our minstrelsy.
 Grace said, we dance awhile,
 And so the time beguile:
 And if the moon doth hide her head,
 The glow-worm lights us home to bed.

On tops of dewy grass
 So nimbly we do pass,
 The young and tender stalk
 Ne'er bends when we do walk:
 Oft in the morning may be seen,
 Where we the night before have been.

Fercy's Reliques.

Bibo.

WHEN Bibo thought fit from this world to retreat,
 As full of champagne as an egg's full of meat,
 He turned in the boat and to Charon he said;
 'I will be rowed back, for I am not yet dead.'
 'Trim the boat and sit quiet,' stern Charon replied,
 'You may have forgot, you were drunk when you died.'

Prior.

Cicadæ, culices, simulque muscæ
 Nobis harmoniam suam ministrant ;
 Atque, actis ibi gratiis, parumper
 Saltamus, properantius fugantes
 Noctem præcipitem : latente luna,
 Lampyris radios dat alma nobis,
 Et nos ad requiem domum reducit.

Herbæ vertice roscido nitentis
 Tam molli pede præterimus omnes,
 Ut caulis tener et recenter ortus
 Non se deprimat, ambulante nostro
 Conventu super : at, rubente cœlo
 Auroræ radiis, videre possis,
 Qua nos nocte priore luserimus.

F. H.

Bibo.

Cum Bibo de terris tandem dignatus abire est,
 Spumantis Bacchi plenus, ut ova cibi ;
 Exsilit in cymba, tristemque Charonta moratur ;
 ‘ Remum inhibe ; non sum mortuus, ire nego.’
 ‘ Heus ! cave, cymbam agitas,’ cui portitor ; ‘ O bone, nescis
 Multo prolutum te periisse mero ?’

F

Hyperion.

BUT one of the whole mammoth-brood still kept
His sovereignty, and rule, and majesty :
Blazing Hyperion on his orb'd fire
Still sat, still snuffed the incense, teeming up
From man to the Sun's God, yet unsecure:
For as among we mortals omens drear
Fright and perplex, so also shudder'd he,
Not at dog's howl, or gloom-bird's hated screech,
Or the familiar visiting of one
Upon the first toll of his parting bell,
Or prophesyings of the midnight lamp ;
But horrors, portion'd to a giant's nerve,
Oft made Hyperion ache. His palace bright,
Bastion'd with pyramids of glowing gold,
And touch'd with shade of bronzed obelisks,
Glared a blood-red through all its thousand courts,
Arches and domes and fiery galleries ;
And all its curtains of Aurorian clouds
Flush'd angerly : while sometimes eagles' wings,
Unseen before by Gods and wondering men,
Darken'd the place ; and neighing steeds were heard,
Not heard before by Gods and wondering men.
Also, when he would taste the spicy wreaths
Of incense, breath'd aloft from sacred hills,

Hyperion.

JAMQUE Gigantea solum de stirpe videres
Jactantem titulos et jus Hyperiona rerum,
Pollentemque sacris et prisco lucis honore:
Nec tamen intrepidum; nam quas mortalibus ægris
Horrida præcipiunt ferales omina curas,
Non alias toto persensit pectore Titan.
Non illum gemitusque canum, stridorque voluerum,
Et conclamato mœsti de corpore Manes
Terruerant, et nocturnæ præsentia tædæ;
At Superum auguria et species pro Numine diræ
Concussere Deum. Quoniam Penetrabile coruscum
Aureis Pyramidum radiis, domus illa sereni
Luminis, acriæ tantum lita cuspidis umbra,
Sanguineo rutilare per atria longa veneno,
Arcusque, cameræque, et stantes igne columnæ;
Omniaque Eois prætexta crepuscula portis
Inquinat ira rubens: quin sæpe immanibus alis,
Non prius adspectum Dis et mortalibus omen,
Umbrari locus, audiri que hinnitus equorum,
Non prius auditum Dis et mortalibus omen.
Quinetiam, thuris cum blanda volumina vellet
Adbibere, in sacris longe spirantia clivis,

Instead of sweets, his ample palate took
Savour of poisonous brass, and metal sick :
And so, when harbour'd in the sleepy west,
After the full completion of fair day,
For rest divine upon exalted couch,
And slumber in the arms of melody,
He paced away the pleasant hours of ease,
With stride colossal, on from hall to hall ;
While far within each aisle, and deep recess,
His winged minions in close clusters stood,
Amazed and full of fear ; like anxious men,
Who on wide plains gather in panting troops,
When earthquakes jar their battlements and towers.
Even now while Saturn, roused from icy trance,
Went step for step with Thea through the woods,
Hyperion, leaving twilight in the rear,
Came slope upon the threshold of the west ;
Then, as was wont, his palace-door flew ope
In smoothed silence, save what solemn tubes,
Blown by the serious Zephyrs, gave of sweet
And wandering sounds, slow-breathed melodies ;
And like a rose in vermeil tint and shape,
In fragrance soft, and coolness to the eye,
That inlet to severe magnificence
Stood full blown, for the God to enter in.

Non dulces olim succos, sed tetra venena
Scilicet, et magno fremuit trahere æra palato.
Ille igitur, postquam tranquillæ limina noctis
Attigerat, pulchrumque diem subduxerat orbi;
Ille, alias fessusque via, somnoque paratus,
Suetus et ad melicas libare obliviam voces;
Nunc vacuas operum longe spatiat in horas
Ampla pedum toto posuit vestigia templo.
At circum aligeri claustris perque arcta domorum
Condere se famuli, et cœtus glomerare silentes,
Attoniti, plénique metu; nec sævior illos
Horror habet, coeunt qui latis agmine campis,
Cum tellus tremit, et celsam vi concutit urbem.

Jamque propinquabat metis, quo tempore diros
Excutiens somnos, nemorum pater ibat in umbris
Saturnus comitante Thea; jam marcidus ignis
Perculit occiduum non recto sidere limen:
Hesperiaë tacito vollebant cardine valvæ:
Panditur augustus Domino sinus, et gemit acri
Singultu Zephyrorum adytum, planguntque sonora
Organa: quæ lenes animæ, qui tardus oberrat
Spiritus! haud aliter blando rosa vere patescit:
Ille color, formæque orbis; sic frigora et udus
Halat odor. Stant magna suo palatia Regi.

He enter'd, but he enter'd full of wrath ;
 His flaming robes stream'd out beyond his heels,
 And gave a roar, as if of earthly fire,
 That scared away the meek ethereal Hours,
 And made their dove-wings tremble. On He flared,
 From stately nave to nave, from vault to vault,
 Through bowers of fragrant and inwreathed light,
 And diamond-paved lustrous long arcades,
 Until he reach'd the great main Cupola :
 There standing fierce beneath, he stamped his foot,
 And from the basements deep to the high towers
 Jarr'd his own golden region.

Keats.

Poor Robin.

THE north-wind doth blow,
 And we shall have snow,
 And what will poor Robin do then,
 Poor thing?

He'll sit in a barn,
 And keep himself warm,
 And hide his head under his wing,
 Poor thing.

Gammer Gurton.

At Deus ingrediens animosa efferbuit ira :
 Ipsa fluens a tergo immugiit ignea vestis,
 Qualia per terras reboant incendia flammæ ;
 Quo mites fugere Horæ, plumæque palumbes
 Contremuere metu. Ruit ille, flagratque ruendo,
 Protenus in spatia, et recto loca limite pulsat ;
 Qua via per thalamos intextos lumen odori
 Acris, et lapidum radiis sola longa seruntur :
 Sic adiit convexa domus, mediumque tribunal ;
 Substitit hic, pepulitque pedem, qua funditus omnis
 Vi vibrat Labyrinthus, et aurea regna resultant.

C. M.

Rubecula.

STRIDET ventus Borealis,
 Imber ingruet nivalis ;
 Quo se vertet hora in illa
 Rubicilla ?

In granario sedebit,
 Plumea tepens fovebit
 Molle caput sub axilla

Rubicilla.

E. C. H.

Arcthusa.

AND now from their fountains
 In Enna's mountains
 Down one vale where the morning basks,
 Like friends once parted
 Grown single-hearted,
 They ply their watery tasks.
 At sun-rise they leap
 From their cradles steep
 In the curve of the shelving hill;
 At noontide they flow
 Through the woods below,
 And the meadows of Asphodel;
 And at night they sleep
 In the rocking deep,
 Beneath the Ortygian shore;
 Like spirits that lie
 In the azure sky,
 When they love, but live no more.

Shelley.

The Clown's Reply.

JOHN TROTT was desired by two witty peers
 To tell them the reason why Asses had ears:
 'An't please you,' quoth John, 'I'm not given to letters,
 Nor dare I pretend to know more than my betters;
 Howe'er from this time I shall ne'er see your graces,
 As I hope to be saved, without thinking of Asses.'

Goldsmith.

Arethusa.

GRATA jacet vallis sub amœnæ montibus Ennæ,
 Pandit ad Eoum quæ sua rura jubar;
 Hanc Arethusa colit; colit amnis amator eandem;
 Labitur undarum læta labore dies:
 Dulce sodalitium: rediit mens una duobus;
 Lis, modo quæ rupit, firmat amicitiam.
 Cautibus exsiliunt montano mane cubili;
 Inde terunt varias prona fluentia vias;
 Pascua maturo quærunt viridantia Phœbo,
 Asphodelique novis roribus herba tumet.
 Undosi demum delapsos in maris æstum
 Senior Ortygio contegit umbra sinu.
 Tales sidereis animæ lætantur in arvis,
 Queis, simul effluxit vita, relucet amor.

W. J. L.

Catus quantumbis rusticus.

‘NOVISTINE,’ duo proceres dixere faceti,
 ‘Auriculis cur gaudet Asellus,
 Optime Trottorum?’ ‘Sum plane indoctior,’ ille;
 ‘Nec vobis plus scire decorum est:
 ‘At mihi Asellorum, cum vos vidisse, Magistri,
 ‘Contigerit, referetur imago.’

H. D.

The Dying Lober.

Go tell Amynta, gentle Swain,
 I will not die, nor dare complain ;
 Thy tuneful voice with numbers join,
 Thy words will more prevail than mine.
 To souls opprest, and dumb with grief,
 The Gods have given this kind relief—
 That Music should in sounds convey,
 What dying lovers dare not say.

A sigh or tear, perhaps, she'll give ;
 But love on pity cannot live ;
 Tell her that hearts for hearts were made,
 And love with love is only paid.
 Tell her my woes so fast increase,
 That soon they will be past redress ;
 But ah ! the wretch, that speechless lies,
 Attends but death to close his eyes.

Suckling.

Fragmentum.

ΚΑΤΘΑΝΟΙΣΑ Δὲ Κεῖσ' οὐδέποτα μναμοσύνα σέθεν
 ἔσσειτ' οὐδέποτ' εἰς ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις βρόδων
 τῶν ἐκ Πιερίας, ἀλλ' ἀφανῆς κήν Ἄϊδα δόμοις
 φοιτασεῖς πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα.

Sappho.

Amator moriens.

VADE age, me nostræ moriturum, pastor, Amyntæ,
 Me querula ausurum verba movere nega;
 Illa quidem, numeris modo sit conjuncta canoris,
 Vox erit eloquio plus valitura meo;
 Hoc tamen oppressæ menti, mutæque dolore,
 Munere cœlicolum dulce levamen adest,
 Ut referat, quales moriens vix posset amator
 Edere, concordēs carmine Musa sonos.

Illa dabit lacrymam; fors et suspiria ducet;
 Vivere amor, tantum quem miserere, nequit;
 Pectora pectoribus, dic, respondere necesse est,
 Et pretio est veri solus amoris amor.
 Tam cito, perge loqui, nostri crevere dolores,
 Quos pia non poterit tangere cura diu;
 Sed miser exspectat, dum mors obsignet ocellos,
 Cui vox præ nimio fracta dolore silet.

W. W.

Immortalia ne speres.

QUIN læto jaceas perpetuo, nec memores tui
 Voces te celebrent, Pieriæ participem rosæ;
 Ast incorporea ac sub tenebris Tartaræ domus
 Exiles volitans per Lemures tu spatiabere.

W. W.

The Reformation of the Knave of Hearts.

THE Queen of Hearts,
 She made some tarts
 All on a summer's day;
 The Knave of Hearts,
 He stole those tarts,
 And took them quite away.
 The King of Hearts,
 He missed those tarts,
 And beat the knave full sore;
 The Knave of Hearts
 Brought back those tarts,
 And vowed he'd steal no more.

Canning.

Poor Lubin.

ON his death-bed poor Lubin lies,
 His spouse is in despair:
 With frequent sobs and mutual cries
 They both express their care.

'A different cause,' says Doctor Sly,
 'The same effect may give:
 Poor Lubin fears that he may die,
 His wife that he may live.'

Prior.

Formidine fustis
Ad bene dicendum delectandumque redactus.

CORDIUM Regina fecit
Quam suavissimas placentas
Die diligens æstivo.
Cordium Fur ille primus,
Princeps idem primo natus,
Furabatur has placentas,
Penitusque subtrahebat.
Cordium Rex iracundus
Novit perditas placentas,
Acriterque verberavit
Furem simul filiumque.
Reddiditque Fur placentas,
Princeps idem primo natus,
Cordium Fur ille primus,
Neque rursus spoliavit.

F. H.

Lubinus Moriens.

SUB exitu Lubinus in toro jacet;
Desperat uxor interim;
Suspiriisque, lacrymisque mutuis,
Ambo dolores exprimunt.
'Diversa causa gignit effectus pares,'
Mussat Sacerdos callidus;
'Ne pereat ægro corde Lubinus gemit;
Ne vivat, uxor anxia est.'

B.

Oenone.

O MOTHER Ida, many-fountain'd Ida,
Dear mother Ida, hearken ere I die.

I waited underneath the dawning hills,
Aloft the mountain-lawn was dewy-dark,
And dewy-dark aloft the mountain-pine;
Beautiful Paris, evil-hearted Paris,
Leading a jet-black goat, white-horned, white-hooved,
Came up from reedy Simois all alone.

O mother Ida, hearken ere I die.
Far-off the torrent called me from the cleft;
Far-up the solitary morning smote
The streaks of virgin snow. With down-dropt eyes
I sat alone: white-breasted like a star
Fronting the dawn he moved: a leopard skin
Drooped from his shoulder, but his sunny hair
Clustered about his temples like a God's:
And his cheek brightened as the foam-bow brightens
When the wind blows the foam, and all my heart
Went forth to embrace him coming ere he came.

Dear mother Ida, hearken ere I die.
He smiled, and opening out his milk-white palm,
Disclos'd a fruit of pure Hesperian gold,
That smelt ambrosially, and while I looked
And listened, the full-flowing river of speech

Θενonc.

ME miseram exaudi scatebroso a culmine, mater!
 Ida, meam, genitrix, mors advenit, accipe vocem.

Suspiciens montes incerta luce rubentes,
 Et gelido pinus suffusas rore, sedebam;
 Cum Paris, heu! nimium pulchri sub tegmine vultus
 Turpia corda fovens, albis et cornibus hircum
 Insignem pedibusque adducens, cætera nigrum,
 Solus arundinea venit Simoentis ab unda.

Ida, meam, genitrix, mors advenit, accipe vocem.
 At me præcipites procul e convallibus undæ
 Visæ compellare: procul, super invia montis,
 Incedens tacito signabat culmina gressu,
 Et puras Aurora nives. Ego sola sedebam
 Triste tuens: illum mox albo pectore, ut atras
 Stella fugat penetrans adversa fronte tenebras,
 Vidi affulgentem. Lateris gestamina pulchri
 Exuviæ pardi pendebant, diaque flavis
 Fluctibus undantes velabant tempora crines,
 Splendebantque genæ, qualis, cum ventus aquosam
 Fert agitans spumam, nitet arcus in ætheris auras.
 Illum amplexa oculis, totoque e corde vocavi.

Ida, meam, genitrix, mors advenit, accipe vocem.
 Continuo flavum, quod lactea dextra tenebat,
 Ostendit malum, Hesperioque insignius auro,
 Purique ambrosios exspirans roris odores,
 Risitque alludens. Arrecta mente manebam;

Came down upon my heart: 'My own CEnonc,
 Beautiful brow'd CEnone, my own soul,
 Behold this fruit, whose gleaming rind ingraven
 "For the most fair," would seem to award it thine,
 As lovelier than whatever Oread haunt
 The knolls of Ida, loveliest in all grace
 Of movement, and the charm of married brows.'

Dear mother Ida, hearken ere I die.

He prest the blossom of his lips to mine,
 And added, 'This was cast upon the board,
 When all the full-faced presence of the Gods
 Ranged in the halls of Peleus; whereupon
 Rose feud, with question unto whom 'twere due:
 But light-foot Iris brought it yester-eve,
 Delivering that to me, by common voice
 Elected umpire. Here comes to-day,
 Pallas and Aphrodite, claiming each
 This meed of fairest. Thou, within the cave
 Behind yon whispering tuft of oldest pine,
 May'st well behold them unbeheld, unheard
 Hear all, and see thy Paris judge of Gods.'

Tennyson.

Humpty Dumpty.

HUMPTY DUMPTY sat on a wall;
 Humpty Dumpty had a great fall:
 Not all the King's horses, nor all the Queen's men,
 Could put Humpty Dumpty on the wall again.

Gammer Gurton.

Protinus e suavi manantia verba labello
 Cor pepulere meum: 'Speciosam candida frontem,
 CEnone, mea vita, hujusne in cortice pomi
 Inscriptum, "Capiat quæ sit pulcherrima," cernis?
 O quæ nec faciles motus, neque frontis amœnam
 Juncturam, Phrygiæ decedis Oreasin Idæ,
 Nonne tibi meritam liceat captare coronam?'

Ida, meam, genitrix, mors advenit, accipe vocem.
 Labris labra meis, roseum referentia florem,
 Admovit, dixitque: 'Vides, quod fertur amaras,
 Dis amplo aspectu Pelei celebrantibus aulam,
 Appositum rixas genuisse. Hoc nuntia malum
 Detulit en! Iris celeri velocior aura,
 Et mihi permissum communi fœdere palmæ
 Tradidit arbitrium. Quin mox cum Pallade et Hera
 Concurrens aderit magna ad certamina formæ
 Cypri Diva potens. Tu, qua longæva susurrant
 Pineta, antrorum videas celata latebris
 Me Paridem tantas Superum componere lites.'

L.

HUMTIUS DUMTIUS.

HUMTIUS in muro requievit Dumtius alto;
 Humtius e muro Dumtius heu! cecidit:
 Sed non Regis equi, Reginae exercitus omnis,
 Humti, te, Dumti, restituere loco!

H. D.

Circumstance.

Two children in two neighbouring villages
Playing mad pranks along the healthy leas;
Two strangers meeting at a festival;
Two lovers whispering by an orchard-wall;
Two lives bound fast in one with golden ease;
Two graves grass-grown, beside a grey church-tower,
Wash'd with still rains, and daisy-blossomed;
Two children in one hamlet born and bred;
Fill up the round of life from hour to hour.

Tennyson.

On Sir John Vanbrugh.

LIE heavy on him, Earth! for he
Laid many a heavy load on thee.

Evans.

Ὁ ΚΑΘ' ἩΜΕΡΑΝ ΒΙΟΣ.

ΠΑΙΔΕ δὺω συνέοντε δυοῖν ἀπὸ γείτονε κωμαῖν,
 καὶ νεαρῶς παῖσδοντ' ἀνὰ λείμακας ἡνεμόοντας·
 κᾶτα δὺω ξείνω σύναμ' ἀντομένω κατ' ἑορτήν·
 κᾶτα δὺω φιλέοντε παρ' ὄρχατον ἀδὺ λαλεῦντε·
 κᾶτα δὺω ψυχὰ σὺν χρυσείοισι δεθεῖσα
 ζεύγεσιν ἀσυχίας· πολίῳ δὲ παρέγγυθι νᾶῳ
 ποιήντε τάφῳ ὄροσεροῖς μειλίγμασιν ὄμβρων
 τεγγομένῳ μαλακῶς, αἰὲν γλάκωνα φέροντε·
 καὶ δυὸ παῖδε τραφέντε μία συνομάλικε κωμᾶ·
 τοῖος δὴ βίος ἀμμὴν ἐποίχεται ἄμαρ ἐπ' ἄμαρ.

H. J. H.

Sic tibi Terra gravis.

Qui te sæpe gravi, dum vixit, pondere pressit,

Hunc preme defunctum pondere, Terra, gravi.

P. H. D.

Danae.

ὍΤΕ λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος
 βρέμη πνέων, κινηθεῖσά τε λίμνα
 δείματι ἤριπεν οὐδ' ἀδιάνταισι
 παρείαις ἀμφί τε Περσεῖ βάλε
 φιλὰν χέρα, εἶπέν τε· ὦ τέκος
 οἶον ἔχω πόνον· σὺ δ' ἄώτεις γαλαθῆνυ τ'
 ἤτορι κνώσσεις ἐν ἄτερπεῖ δώματι,
 χαλκεογόμφω δέ, νυκτιλαμπεῖ
 κυανέῳ τε δνόφῳ. τὺ δ' ἀυαλέαν
 ὑπερθε τεὰν κόμαν βαθεῖαν
 παρίοντος κύματος οὐκ ἀλέγεις,
 οὐδ' ἀνέμων φθόγγων, πορφυρέα
 κείμενος ἐν χλανίδι, πρόσωπον καλόν.
 εἰ δέ τοι δεινὸν τόγε δεινὸν ἦν,
 καὶ κεν ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν
 ὑπεῖχες οὔα, κέλομαι, εὐδε βρέφος,
 εὐδέτω δέ πόντος, εὐδέτω ἄμετρον κακόν.
 μεταβουλία δέ τις φανείη,
 Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο· ὅτι δὴ θαρσαλέον
 ἔπος, εὐχομαι τεκνόφι δίκας σύγγνωθί μοι.

Simonides.

Danae.

QUANDO insonaret sub trabe dædala
 Vis sæva ventorum, et pelagi palus
 Concussa suaderet timorem,
 Nec lacrymis oculi carerent,
 Fovit tenellum Persea brachiis
 Dixitque Mater: 'Me miseram, quibus
 Curis laboro! tu sed æneis
 Vectibus implacidoque lecto,
 Mollissima ætas, sterneris, et tuum
 Carpis soporem: te pelagi premit
 Cœlique caligo; sed ipse
 Immemori frueris quiete;
 Quantum capillis immineant aquæ,
 Quantumque venti vis crepet, unice
 Securus: ut pulcher nitensque
 Purpureo recubas in ostro!
 Quod si timeres quæ mihi sunt metu,
 Et aure vocem conciperes meam,
 Dormi, juberem; dormiunto
 Dura fugæ mala, dura ponti.
 Sic et benignus consilium Pater
 Mutet refingens in melius, neque
 Hæc nolit ulcisci, precando
 Ni fuerim nimium molesta!'

The Isles of Greece.

THE isles of Greece, the isles of Greece,
 Where burning Sappho loved and sung,
 Where grew the arts of war and peace,
 Where Delos rose and Phœbus sprung!
 Eternal summer gilds them yet,
 But all, except their sun, is set.

The mountains look on Marathon,
 And Marathon looks on the sea;
 And musing there an hour alone,
 I dreamed that Greece might still be free:
 For standing on the Persian's grave,
 I could not deem myself a slave.

A king sate on the rocky brow
 Which looks o'er sea-born Salamis;
 And ships by thousands lay below,
 And men in nations—all were his!
 He counted them at break of day;
 And when the sun set—where were they?

Byron.

Pat a Cake.

PAT a cake, pat a cake, baker's man.
 So I do, master, as fast as I can.
 Pat it and prick it and mark it with C,
 Then it will serve for Charley and me.

Gammer Gurton.

Insula in Aegeo.

PLURIMA in Aegeo nitet insula plurima ponto,
 Qua Sapphus carmen, quaque furebat amor;
 Unde artes pacis natae et fera munia belli,
 Surgebat Delos, Phoebus et ortus erat.
 Ardet adhuc, flammis arsura perennibus, aetas;
 Sed patrii vivit nil nisi solis honor.
 Despiciunt alti montes Marathona patentem,
 Et Marathon ponti despicit altus aquas;
 Atque ibi dum tacita mecum meditarer in hora,
 Graecia erat somnis libera facta meis.
 Quippe ego, qui Persas premerem sub calce sepultos,
 Servilis poteram conscius esse jugi?
 Rex quidam, ut perhibent, saxosa in rupe sedebat;
 Oceani Salamis filia subter erat;
 Innumeræ naves super æquora lata natabant,
 Innumeræ gentes: omnia Regis opes.
 Sole recensebat primo navesque virosque:
 Quid tacito superest, sole cadente, freto?

R. H. D.

Hanc ego jam mellitis potiore placentis.

'TUNDE mihi dulcem, Pistor, mihi tunde farinam.'
 'Tunditur, O rapida tunditur illa manu.'
 'Punge decenter acu, tituloque inscribe magistri;
 'Sic mihi, Carolulo sic erit esca meo.'

F. H.

Green grow the Rushes O.

THERE'S nought but care on every han'
 In every hour that passes O;
 What signifies the life of man,
 If 'twere na for the lasses O?

Green grow the rushes O:
 Green grow the rushes O:
 The sweetest hours that e'er I spent,
 Were spent among the lasses O.

The warly race may riches chase,
 An' riches still may fly them O;
 An' though at last they catch them fast,
 Their hearts can ne'er enjoy them O.

Green grow the rushes O:
 Green grow the rushes O:
 The sweetest hours that e'er I spent,
 Were spent among the lasses O.

But gie me a canny hour at e'en,
 My arms about my dearie O;
 An' warly cares, an' warly men,
 May a' gae tapsalteeie O.

Green grow the rushes O:
 Green grow the rushes O:
 The sweetest hours that e'er I spent,
 Were spent among the lasses O.

Virent Junci.

PARTE de cuncta premit atra Cura,
 Omnibus quæ prætereunt in horis ;
 Vita quid fallax hominum valeret,
 Vox puellarum nisi subveniret ?

Virent junci fluviales,
 Junci prope lymphas :
 Ah quam ridet, quæ me videt
 Hora inter nymphas !

Qui velint, aurum cupiant petantque ;
 Adsit aut aurum fugiat petentes.
 Quid preces vanas licet assequantur,
 Corde si nunquam placido fruantur ?

Virent junci fluviales,
 Junci prope lymphas :
 Ah quam ridet, quæ me videt
 Hora inter nymphas !

Vespere in molli juvat assidentem
 Me meæ amplexum dare colla circum :
 At viri cum divitiis rapaces,
 Et simul curæ pereant edaces !

Virent junci fluviales,
 Junci prope lymphas :
 Ah quam ridet, quæ me videt
 Hora inter nymphas !

Gin you're sae douce ye sneer at this,
 You're nought but senseless asses O :
 The wisest man the warl e'er saw,
 He dearly loved the lasses O.

Green grow the rushes O :
 Green grow the rushes O :
 The sweetest hours that e'er I spent,
 Were spent among the lasses O.

Auld Nature swears the lovely dears
 Her noblest work she classes O ;
 Her 'prentice hand she tried on man,
 And then she made the lasses O.

Green grow the rushes O :
 Green grow the rushes O :
 The sweetest hours that e'er I spent,
 Were spent among the lasses O !

Burns.

Dick's Nose.

Dick cannot wipe his nostrils when he pleases,
 His nose so long is, and his arm so short :
 And never cries ' God bless me ! ' when he sneezes ;
 He cannot hear so distant a report.

Greek Anthology

Tollitis frontes mihi qui severas,
 Jure vos stultum pecus audietis :
 Summus in toto Sophus orbe bella
 Arsit haud una tener in puella.

Virent junci fluviales,
 Junci prope lymphas :
 Ah quam ridet, quæ me videt
 Hora inter nymphas !

Virgine exacta, sibi gratulata est
 Artifex Natura, operique plaudit ;
 Quæ rudis Martem manus expeditit,
 Doctior quanto Venerem expolivit !

Virent junci fluviales,
 Junci prope lymphas :
 Ah quam ridet, quæ me videt
 Hora inter nymphas !

E.

De Naso Ricardi.

RICARDUS nescit madidas emungere nares,
 Tam longo est naso, tam brevis a cubito :
 Nec si sternutat, 'fausto siet omine !' clamat ;
 Tam longe amotos non capit aure sonos.

H. D.

Christopher Sly.

WHAT, would you make me mad? Am not I Christopher Sly, old Sly's son of Burton-heath: by birth a pedlar, by education a card-maker, by transmutation a bear-herd, and now by present profession a tinker? Ask Marion Hacket, the fat alewife of Wincot, if she know me not: if she say I am not fourteen pence on the score for sheer ale, score me up for the lyingest knave in Christendom. What, I am not bestraught.

Shakespere.

Adriana and Dromio.

Adriana. Say, is your tardy master now at hand?

Dromio. Nay, he is at two hands with me, and that my two hands can witness.

Adriana. Say, didst thou speak with him? know'st thou his mind?

Dromio. Ay, Ay, he told his mind upon mine ear: Beshrew his hand, I scarce could understand it.

Luciana. Spake he so doubtfully, thou couldst not feel his meaning?

Dromio. Nay, he struck so plainly, I could too well feel his blows: and withal so doubtfully that I could scarce understand them.

Adriana. But say, I prythee, is he coming home? It seems, he hath great care to please his wife.

Shakespere.

ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΣ Ο ΣΙΣΥΦΟΥ.

Τι δ' ; ἢ μ' ἐλαύνειν εἰς μανίας σπουδάζετε ;
 οὐ γὰρ κέκλημαι Χριστοφόρος ὁ Σισύφου
 τοῦκ Φελλέως, φύσει μὲν ἔμπορος γεγώς,
 τροφῇ δὲ πινακοποιός, εἴτ' ἐξ ἀλλαγῆς
 ἦν ἀρκτοφύλαξ, οἶαν δέ γε νῦν ἔρδω τέχνην
 λεβητίατρος ; δεῦρο δὴ τις καλεσάτω
 τὴν σαρκίνην μοι βρυτοκαπήλιδ' Ὀμφάλην
 τὴν Οἰνόηθεν· κᾶτα πύθεσθ' αὐτῆς πάρα
 εἴτ' οἰδέ μ' εἴτ' οὐκ οἶδεν ὅστις εἴμ' ἐγώ.
 εἰ μὴ γὰρ ἐκείνη φησί μ' οἴνου κριθίνου
 κατὰ συμβολὰς ἤδη δὴ ὀφείλειν οἱ δραχμάς,
 ἐπιορκότατόν με Χριστοφόρων συμβάλλετε.
 οὐ γάρ τι πρὸς γε μεμηνότεν ἄνθρωπον λόγος.

R. S.

Dromio.

A. PRÆSTO ad manumst ignavus iste tuus erus?
D. Pol geminis manibus præsto erat mihi commodum:
 Geminae sunt aures testes. *A.* An cum illo modo
 Locutu's? nostin quid sibi vult? *D.* Immo probe:
 Dixit mihi in aurem. Dii malum manibus duint,
 Nam dare vacivas auris vix quibam miser.
L. Dubie locutust nempe, ut sentires minus.
D. Sensi hercle colaphos, ita mi impexit pugnum in os:
 Sed dubiam vim verborum facit vis verberum.
A. Sed heus tu, quam mox, obsecro, revenit domum?
 Credo, placere uxori vir curat suæ.

R. S.

The Mad Dog.

Good people all of every sort,
Give ear unto my song ;
And if you find it wondrous short,
It cannot hold you long.

In Islington there lived a man
Of whom the world might say,
That still a godly race he ran,
Whene'er he went to pray.

A kind and gentle heart he had
To comfort friends and foes ;
The naked every day he clad,
When he put on his clothes.

And in that town a dog was found,
As many dogs there be,
Both mongrel, puppy, whelp and hound,
And curs of low degree.

The dog and man at first were friends ;
But when a pique began,
The dog to gain his private ends
Went mad, and bit the man.

Canis Rabidus.

AUDITE, O cives, quovis ex ordine nati,
Et patula nostros imbibite aure modos;
Et si forte quibus videatur perbrevis esse,
Non faciet longam fabula tota moram.

Rure suburbano quidam vivebat, ut aiunt,
Quo laudis nunquam dignior alter erat,
Non parcus Superum cultor, si credimus ipsi,
Ante Deos quoties flecteret ille genu.

Hostibus hic mansuetus erat, dilectus amicis,
In cunctos miræ sedulitatis homo:
Inque dies spisso nudum velabat amictu,
Cum sese in vestes induit ipse suas.

Illa forte canis sese stabulabat in urbe;
Nec mirum est: multos urbs habet illa canes.
Illic Spartanumque genus fortesque Molossi,
Et catuli infames, squalida turba, ruunt.

Cum nondum lites indixerat unus et alter,
Junctus amicitia cum cane vixit homo.
Inde canis quædam, credo, sibi commoda quærens,
Fit subito rabidus, dilaniatque virum.

Around from all the neighbouring streets
The wondering neighbours ran,
And swore the dog had lost his wits,
To bite so good a man.

The wound it seemed both sore and sad
To every Christian eye;
And while they swore the dog was mad,
They swore the man would die.

But soon a wonder came to light,
That shewed the rogues they lied;
The man recovered of the bite;
The dog it was that died.

Goldsmith.

The Tropic Sun.

AND now, my race of terror run,
Mine be the eve of tropic sun;
No pale gradations quench his ray,
No twilight dews his wrath allay;
With disk like battle-target red,
He rushes to his burning bed;
Dyes the wide wave with bloody light;
Then sinks at once—and all is night.

Scott.

Undique per plateas vicinia tota cucurrit,
 Veditque horrendum constupitque nefas;
 Delirare canem jurant, qui dente profano
 Tam sanctum haud metuit dilacerare senem.

Si qua fides oculis trepidæ miserantibus urbis,
 Vulnera solliciti plena doloris erant;
 Delirare canem dum jurat quisque vicissim,
 Uno est consensu mors obeunda viro.

Sed nova decurrens prodit miracula tempus,
 Mendacis vulgi garrula lingua silet;
 Incolumis noster superest, mirantur et omnes
 Unum ex ambobus deperiisse canem.

H. J. H.

Sol Aequinoctialis.

CONFECTOQUE mei furore cursus,
 Mergar, sol velut æquinoctialis;
 Cui nec pallidulum jubar gradatim
 Restinctum abluitur, nec acris ira
 Sub rorante crepusculo silescit.
 Orbe ardens, clypei rubentis instar,
 Præceps insilit igneum cubile;
 Latas sanguinea face urit undas,
 Conditur—subitoque tota nox est.

B. H. D.

Ode to Liberty.

Who shall awake the Spartan fife,
And call in solemn sounds to life,
The youths, whose locks divinely spreading,
Like vernal hyacinths in sullen hue,
At once the breath of fear and virtue shedding,
Applauding Freedom loved of old to view?
What new Alcæus, fancy-blest,
Shall sing the sword, in myrtles drest,
At Wisdom's shrine a while its flame concealing,
(What place so fit to seal a deed renowned?)
Till she her brightest lightnings round revealing,
It leap'd in glory forth, and dealt her prompted wound!
O goddess, in that feeling hour,
When most its sounds would court thine ears,
Let not my shell's misguided power
E'er draw thy sad, thy mournful tears.

Ad Libertatem.

Quis fila tanget? quis Lacedæmonis
Dudum tacentes excutiet modos?
 Pubemque defunctosque cœtus
 Horrisono revocabit ære?
Divina quorum cæsaries, uti
Vernos per imbres flos hyacinthinus
 Lugubre se pandens, honestos
 Fusa humeris animi timores,
Altamque virtutem, ac niveam Fidem,
Spirabat. Illos scilicet aurea
 Spectare Libertas avebat,
 Et sobolem propriam dicare.
Alterne, velox mente nova, canet
Alcæus ensem? qui viridi coma
 Myrtoque devinctus, sacrata
 Pallados æde diu retentos
Celavit ignes; dum rutilantia
Diva auspicato fulmina promeret;
 Tum clarus invictusque vindex
 Emicuit, trepidumque vulnus
Infixit. At ne, Diva, chelys tuas
Male ominatis vocibus increpans
 Aures inopportuna tristem
 Eliciat memoremque guttam!

No, Freedom, no! I will not tell
How Rome, before thy face,
With heaviest sound, a giant statue, fell,
Pushed by a wild and artless race
From off its wide ambitious base.
When Time his northern sons of spoil awoke,
And all the blended work of strength and grace
With many a rude repeated stroke,
And many a barbarous yell, to thousand fragments broke.

Collins.

Laura.

WHEN Laura first, with heaven's own radiance bright,
Beam'd in full lustre on my ravish'd sight;
Ere yet the wonder spoke, I saw, and loved:
What marble by such beauty were not moved!
But when, in tones as music soft and clear,
With Nature's melody she charm'd mine ear,
Her tongue confirm'd the triumph of her eyes:
Who sees is wounded, but who listens dies.

Wrangham.

Romam tacebo : non ego concinam
 Ut Roma victrix, ut caput urbium,
 Te, sancta Libertas, vidente,
 Te meritum lacrymante fatum,
 Instar columnæ prouerit gravi
 Stridens ruina. Scilicet horrida
 Detrusit immanisque pubes
 Sede, ferox Boreæ propago,
 Cum, quicquid ingens, quicquid amabile
 Staret, furenti corrui impetu,
 Irasque clamoresque et inter
 Barbaricos cecidit tumultus.

E. B.

Laura.

UT primum Lauram adspexi, percussus amore,
 Quod rude sensisset marmor, et ipse tuli;
 Gratia tanta oculis inerat, licet ore taceret,
 Causa satis flammæ lux erat illa meæ!
 Sed cum mellitas voces haurire dabatur,
 Et quo ducebat blanda loquela, sequi;
 Quantum lingua oculum superaret non bene novi
 Perditus : hic tantum vulnerat, illa necat.

F. W.

The sleeping Palace awakened.

A TOUCH, a kiss! the charm was snapt,
There rose a noise of striking clocks,
And feet that ran and doors that clapt,
And barking dogs and crowing cocks.
A fuller light illumined all,
A breeze through all the garden swept,
A sudden hubbub shook the hall,
And sixty feet the fountain leapt.

The hedge broke in, the banner blew,
The butler drank, the steward scrawled,
The fire shot up, the martin flew,
The parrot screamed, the peacock squalled.
The maid and page renewed their strife;
The palace banged and buzzed and clackt;
And all the long-pent stream of life
Dashed downward in a cataract.

And last of all the king awoke,
And in his chair himself upreared,
And yawned and rubbed his face and spoke;
'By holy rood, a royal beard!

Aula regía somno excussa.

Vix puer impressis afflaverat oscula labris,
 Afflatu magicæ dissiluerè moræ :
Continuo longis clangoribus æreus umbo
 Tempora per numeros significare suos :
Ire redire pedum strepitus, se effringere postes ;
 Latravit, gallo crebra canente, canis :
Amplius augusta reparari lumen in aula ;
 Horto vibrantes flare reflare Noti :
Atria tam subitus concussit rauca tumultus,
 Fons ter vicanos exsiluitque pedes !

Disjectam sepem videas expassaque signa ;
 Poela puer, ceras villicus arripuit :
Ardet flamma foco, nido exturbatur hirundo ;
 Psittacus et pavo, stridor uterque, fremunt :
Pusio prætrepidans ancillæ jurgia noctit ;
 Inter se fractis intonat aula sonis ;
Vitaque detorpens animos ita cepit, ut amnis
 Spumeus abruptum qui ruit in barathrum.

Ultimus, excussa tremefacti nube soporis,
 Rex caput aurato sustulit in solio ;
Contrectansque genas hæc ore profatur hiuleo ;
 ‘ Proh Superi ! facta est regia barba mihi !

How say you? we have slept, my lords.

My beard has grown into my lap!
The barons swore with many words,
'Twas but an after-dinner nap.

'Pardy,' returned the king, 'but still
My joints are something stiff or so.
My lord, and shall we pass the bill
I mentioned half an hour ago?'
The Chancellor sedate and vain
In courteous words returned reply;
But dallied with his golden chain,
And, smiling, put the question by.

Tennyson.

Pippen Hill.

As I was going up Pippen Hill,
Pippen Hill was dirty,
There I met a pretty Miss,
And she dropt me a curtesy.

Little Miss, pretty Miss,
Blessings light upon you!
If I had half a crown in purse,
I'd spend it all upon you.

Gammer Gurton.

Hæcce quis expediat? Proceres, dormivimus,' inquit;
 'Ad medium crevit pendula barba femur.'
 Causantur proceres; 'Quæ tanta injuria somni?
 Vix modici pransis detumuere cibi.'

Rex, majorum umbras et nomina sancta precatus,
 'Quicquid id est,' inquit, 'membra sopore rigent.
 An, modo quam suasi legem, Præfecte, feramus?'
 Splendidus obsequium præstitit ore senex:
 Sæpe sed auratum versavit pollice torquem,
 Et rem subridens distulit ancipitem.

C. M.

Collis Pïppenius.

COLLE in Pippenio vagabar olim,
 (Collis Pippenius luto madebat)
 Occurrit mihi suaviter puella,
 Et salvere jubet, genu soluto.

O puellula, virginum quot errant
 Felicissima sis venustiorum;
 Quod calcas rosa fiat, O tenella!
 Si drachmam in oculis meis haberem,
 Donarem tibi mille margaritas.

H. D.

Nisus loquitur.

Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,
Hyrtacides; comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, jaculo celerem levibusque sagittis;
Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Æneadum, Trojana neque induit arma:
Ora puer prima signans intonsa juventa.
His amor unus erat, pariterque in bella ruebant;
Tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait, 'Dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique Deus sit dira cupido?
Aut pugnam aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant; somno vinoque sepulti
Procubuere; silent late loca. Percipe porro,
Quid dubitem, et quæ nunc animo sententia surgat
Ænean acciri omnes, populusque Patresque,
Exposcunt; mittique viros, qui certa reportent.
Si tibi, quæ posco, promittunt; nam mihi facti
Fama sat est; tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros et mœnia Pallantea.'

Virgilius.

ENA ΘΥΜΟΝ ΕΧΟΝΤΕΣ.

ΠΥΛΑΣ ἔφρούρει Νῆσος, Ὑρτάκου γόνος,
 μαλ' ἐν μάχαισι θεῶρος, ἐκ δ' ἔπεμψέ νιν
 Ἴδη κυναγὸς, Αἰνέα παραστάτην
 λόγχῃ τε κλεινὸν καὶ θόοις τοξεύμασι.
 τούτῳ δ' ἑταῖρος προυστάτει πυλῶν ὁμοῦ
 Εὐρύαλος, εἶδος ἔξοχος τῶν Αἰνέου,
 πάντων θ' ὅσοι φοροῦσι Τρωικὴν σάγην,
 ἄρτι χροάζων ἄξυρον παρηίδα.
 τοῖσδ' εἰς ἔρωσ ἦν, ἐς μάχην θ' ὀρμὴ μία,
 καὶ νῦν τὸν αὐτὸν ἔλαχον ἐν πύλαις πάλον.
 λέγει δὲ Νῆσος· ἦ θεοῖ, φίλ', ἐν φρεσὶν
 ἔδωκαν ἡμῖν τήνδε τὴν προθυμίαν;
 ἦ τοῦπιθυμῆν τοῦν ἐκάστοισιν κρατοῦν,
 θεὸς οὗτος ἀνθρώποισιν; ὡς ἐμοὶ πάλαι
 ἄμιλλαν ἢ τί γ' ἔργον ὀρμαίνει μέγα
 ὁ θυμὸς, οὐδέ μ' ἀργία στέργειν ἔα.
 τὸ τῶν πολεμίων θάρσος εἰσορᾶς ὅσον;
 σπάνις γε πύρσων, διαβεβρεγμένοι δ' ὕπνῳ
 οἴνῳ τε κείνται, πᾶς τ' ἐσίγησεν τόπος.
 νῦν οὖν ἄκουσον οἰά μοι παρίσταται·
 ἅπας μετελθεῖν Αἰνέαν βοᾷ λεώς,
 δῆμός τε χοῖ γέροντες, ἐκπέμψαι θ' ἅμα
 τοὺς ἀγγελοῦντας οὗ καθέσταμεν τύχης·
 σοὶ δ' ἦν δίδωσιν ἂν θέλω,—τούργου δ' ἐμοὶ
 αὐτ' ἀρκέσει τὸ κῦδος—ἐνρήσειν ὁδὸν
 εἰοχ' ὑπ' ὄχθον τόνδ' ἐς Εὐάνδρου πόλιν.

G. K.

Mira.

WHEN first the Siren Beauty's face
My wandering eye surveyed,
Unmoved I saw each fraudulent grace,
That round th' enchantress played :

And still, with careless mien elate,
Defied the Paphian's wile ;
As ambushed in a look he sate,
Or couched beneath a smile.

And still to rove I madly vowed
Along the dangerous way,
Secure, where other boasters bowed
Before the tyrant's sway.

Nòr learned my breast to heave the sigh,
Or pour the secret heart ;
Till Mira from her beamy eye
Despatched th' unerring dart.

'Fly, fatal shaft,' with cruel zeal
The conscious murtheress cried,
'And teach yon haughty boy to feel
The anguish due to pride.'

To soothe the soul-subduing pain
Awhile I fondly strove ;
But combated, alas ! in vain,
Th' omnipotence of Love.

Mira.

LUMINA cum primum, memini, juvenilia cepit
 Virgineo quicquid ludit in ore decus,
 Tutus ab illecebris veneres mirabar inermes :
 A nobis famam nulla puella tulit.

Hinc animo audaci nimium vultuque superbo
 Spernebam Paphii mollia tela Dei ;
 Seu roseo insidias struxit male fidus in ore,
 Seu risus inter retia textit Amor.

Sæpe quidem dixi, fallacis nescius auræ,
 Me tuto angustam posse tenere viam ;
 Imprudens nimium ! qui me tam sæpe negavi,
 Cætera qui vincit, vincere posse Deum.

Nam neque adhuc noram tristi suspiria cura
 Ducere, nec querulæ tangere fila lyræ ;
 Cum Mira ex oculis, Phœbei fulguris instar,
 Misit vindictæ tela ministra suæ.

‘ I, fuge,’ fatalis clamavit conscia plagæ,
 ‘ I, pete,’ ait, ‘ durum, fida sagitta, latus :
 Hinc tandem, hinc discat nostri contemptor oportet,
 Quæ sint feminea vulnera missa manu.’

Pectoris ut sævos possem sanare dolores,
 Tentavi medica quicquid in arte fuit ;
 Sed frustra petii duro me opponere morbo :
 Ah ! medica non est arte fugandus Amor.

Then ah! at length, stern Power, forbear,
Thy wrath at length forego:
Enough my youth has felt of care;
Enough has tasted woe.

Or if ordained by stubborn fate
To drag th' eternal chain,
Doomed, as I bend beneath its weight,
To court relief in vain;

To Mira equal toil impart;
On her thy pang bestow;
Thrill with Love's agony her heart,
And bid her suffer too.

Wrangham.

The wise Men of Gotham.

THREE wise men of Gotham
Went to sea in a bowl;
And if the bowl had been stronger,
My song had been longer.

Gammer Gurton.

Improbe, parce, Puer, pennatum intendere ferrum ;
In me crudeles desine ferre minas :
Præteritos egi non tam feliciter annos ;
Experta est varias nostra juvena vices.

Sin, quæ dispensant mortalia fila, sorores
Imposito prohibent solvere colla jugo ;
Si me fata jubent æternam ferre catenam,
Nec prodest votis sollicitasse Deos ;

Tu saltem Miræ similem, Puer, incute plagam ;
Languescat, quæso, vulnere nympa pari :
Hæc quoque cognoscat quid sit succumbere amori,
Transadigatque animas una sagitta duas.

G. C.

Philosophi Tusculani.

TRES Philosophi de Tusculo
Mare navigarunt vasculo :
Si vas id esset tutius,
Tibi canerem diutius.

H. D.

Louisa.

THOUGH by a sickly taste betrayed,
Some may dispraise the lovely maid,
 With fearless pride I say,
That she is healthful, fleet and strong,
And down the rocks can leap along
 Like rivulets in May.

And smiles has she to earth unknown;
Smiles, that with motion of their own
 Do spread and sink and rise;
That come and go with endless play,
And ever as they pass away
 Are hidden in her eyes.

She loves her fire, her cottage-home,
Yet o'er the moorland will she roam
 In weather rough and bleak;
And when against the wind she strains,
O might I kiss the mountain-rains
 That sparkle on her cheek!

Rustica Phidyle.

Si quis ægrotans animo decoram
Phidylem spernat vitiosiori,
Suscipit gratum mea lingua munus,
Ausa referre,

Illa quam pulcra vigeat juvena;
Quamque veloci pede per profunda
Saxa decurrat, redeunte sicut
Flumina Maio.

Ridet, at quali Dea sola risu;
Qui suas toto veneres in ore
Prodit, alterno refluxus fluensque
Molliter æstu;

Pertinax circumvolitare lusu
Sedulo frontem; aut roseum cubile
Deserens vultus, oculi in protervis
Ignibus abdi.

Parvulo contenta focum paternum,
Et lares notos amat: at procellæ
Immemor grata vice pervagatur
Devia montis;

Dumque ibi in ventos animosa certat,
Imbrium gemmas utinam oscularer,
Qui genis in purpureis pudica
Luce coruscant!

Take all that's mine beneath the moon,
If I with her but half a noon
 May sit beneath the walls
Of some old cave or mossy nook,
Whene'er she wanders up the brook
 To hunt the waterfalls.

Wordsworth.

The Knight's Grave.

WHERE is the grave of Sir Arthur O'Kellyn?
Where may the grave of that good man be?
By the side of a fount on the breast of Helvellyn,
Under the twigs of a young birch-tree.
The oak that in summer was pleasant to hear,
And rustled its leaves at the fall of the year,
And bellowed and whistled in winter alone,
Is gone—in its place the birch tree is grown.
The knight's bones are dust,
And his good sword rust:
His soul is with the saints I trust!

Coleridge.

Deme quot rerum videt alta Luna,
 Sit reclinato mihi cum puella
 Sole fervente aut veteris sub antri
 Rupe morari;

Aut in umbroso nemorum recessu,
 Fertur ut montis per amata rura, aut
 Abditos fontes petit in ruentis
 Margine rivi.

H. J. H.

Arturi Sepulcrum.

O UBI nunc recubant Arturi nobilis ossa?
 O quibus in cippis, aut qua jacet optimus herba
 Ille sepulcrali?—muscoso in margine fontis
 Sopitur placide gremioque Helvellynis alto;
 Et super impubis betullæ virga coruscat.
 Quercus enim, æstivo quæ tempore suave sonare,
 Auctumnoque gravi foliis crepitare solebat,
 Solaque sub brumam rauca mugire querela,
 Occidit, et vacuo betulla innascitur arvo.
 Pulvere cara viri commiscuit ossa vetustas,
 Et fidum scabies ensem damnosa peredit:
 Ordinibus spero sanctorum inscribier ipsum!

A. B. H.

Little Bo-peep.

LITTLE Bo-peep has lost her sheep,
And can't tell where to find them :
Let them alone, and they'll come home,
And bring their tails behind them.

Little Bo-peep fell fast asleep,
And dreamt she heard them bleating :
But when she awoke, she found it a joke :
Poor Lady ! they still were fleeing.

Then up she took her little crook,
Determin'd for to find them ;
She found them indeed, but it made her heart bleed,
For they'd left all their tails behind 'em.

It happen'd one day, as Bo-peep did stray
Unto a meadow hard by,
There she espy'd their tails side by side,
All hung on a tree to dry.

She heav'd a sigh, and wip'd her eye,
And over the hillocks went smack-O,
And tric'd what she could, as a shepherdess should,
To tack each again to its back-O.

Gammer Gurton.

Bopœpia parva.

PARVA vagabundos Bopœpia perdidit agnos,
Nescia secreti quo latuere loci:
Bellula, cant, abeant: ad pascua nota redibunt,
Et reduces caudas post sua terga gerent.

Indulgens placido Bopœpia parva sopori
Balantem attonita corripit aure gregem:
Audiit, exiit: solvuntur somnia risu:
Quam petis, infelix, non erat illa cohors!

Nec mora; quin curvum dextra vibrante bacillum
'Omnibus in latebris inventientur,' ait;
Invenitque quidem: sed quo miserabilis ore,
Cum nihil a tergis esset, ut esse solet!

Quodam forte die palans per florida rura
Pœpia contiguum deveniebat agrum,
Arbore quum patula dispansa in sole sereno
Pro pudor! ex natibus rapta tropæa videt.

Ingemuit virgo, lacrymamque abstersit ocellis:
Tum prona in medias per juga fertur oves;
Tentavitque modum, si quo bene sedula custos
Assueret caudis omnia terga suis.

Mat and Topaz.

FULL oft does Mat with Topaz dine,
 Eateth French meat and drinketh wine:
 But Topaz his own verse rehearseth,
 And Mat must praise what Topaz verseth.
 Now sure as saint did e'er shrive sinner,
 Full hardly earneth Mat his dinner!

Prior.

A THING slipt idly from me: you must guess it.

Shakspeare.

Hinx Minx.

HINX, Minx! the old witch winks,
 The fat begins to fry:
 There's nobody at home but jumping Joan,
 And father, mother, and I!

Gammer Gurton

Procillus et Atticus.

CÆNAT sæpe apud Atticum Procillus :
 Illic vina dapesque sumtuosas
 Sorbet ; versibus at suis citatis,
 Poscit 'Euge σοφῶςque' symbolam hospes.
 Magni sane emis, O Procille, cœnam !

F. W.

Nescio quid tecum grabe cornicaris.

TE *Primum* incauto nimium propiusque tuenti,
 Laura, mihi furtim surripuisse queror.
 Nec tamen hoc furtum tibi condonare recusem,
 Si pretium tali solvere merce velis.
 Sed quo plus candoris habent tibi colla *Secundo*,
 Hoc tibi plus *Primum* frigoris intus habet.
 Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice *Totum*
 Omina, et audaces spes vetat esse ratas.

R. P.

Hinc Hecate.

HINC et abhinc, Hecate!—maga Thessala nictat in aula ;
 Sibilat inferni conscius ignis adeps!—
 Sola domi invenies salientia crura Joannæ—
 Meque ipsam et matrem cum genitore meam.

H. D.

To Mister Lawrence.

LAWRENCE, of virtuous father virtuous son,
Now that the fields are dank, and ways all mire,
Where shall we sometimes meet, and by the fire
Help waste a sullen day, what may be won
From the hard season gaining? Time will run
On smoother, till Favonius re-inspire
The frozen earth, and clothe in fresh attire
The lily and rose, that neither sowed nor spun.
What neat repast shall feast us, light and choice,
Of Attic taste with wine, whence we may rise
To hear the lute well touched, or artful voice
Warble immortal notes and Tuscan air?
He, who of these delights can judge and spare
To interpose them oft, is not unwise.

Milton

Ad Laurentium.

O CASTA casti progenies patris,
Dum bruma campos occupat et vias,
 Quo rure, Laurenti, reducto,
 Quosve focos apud hospitales,
Longo auferemus tædia de die?
Quod hora nobis cunque dabit lucri
 Morosa carpentes, ut annus
 Prætereat levioere penna,
Constricta donec prata refecerint
Alæ Favoni, liliaque et rosas,
 Laboris expertes, amictu
 Verna novo decorarit aura.
Quæ munda nobis cœna parabitur?
Quæ lecta mensæ fercula? age, Attico
 De more promenturque vina, et
 Post calices bene tacta noctem
Producet una barbitos auream,
Et vox Etruscos callidior modos
 Spirare, et effundens choreæ
 Sidereæ propiora chordis.
Qui tanta novit gaudia carpere,
Prudensque parca mente frui sapit,
 Scit ille, ni fallor, Deorum
 Muneribus sapienter uti.

Saith Lacon,

WERE we as eloquent as angels, yet should we please some men, some women, some children, much more by listening than by talking.

Colton.

A New Mistress.

CALL me not, love, unkind,
That from the nunnerie
Of thy chaste heart and quiet mind,
To war and arms I flie.

Another mistress hence I chace,
The first foe in the field,
And with a stronger faith embrace
A sword, a horse, a shield.

Lovelace

To an Editor.

So rude and senseless are thy lays,
The weary audience vows,
'Tis not the Arcadian swain that sings,
But 'tis his herd that lows.

Shenstone.

Auscultare quam loqui.

DIVINO licet eloquaris ore,
 Pluribus, mihi crede, gratiosus
 Auscultando eris, Aule, quam loquendo.

B. H. K

Nobis Amor.

PARCE precor verbis, cara, indulgere severis,
 Quod de tam casta sede libenter agar,
 Sede tuæ mentis tranquillæ in pectore puro,
 Et celer in pugnas et media arma ruam,
 Quicumque instructo per campos imperat hosti,
 Est novus a nobis ille petendus amor ;
 Danda fides clypeo, danda est jam certior ensi,
 Et magis ardentem sollicitamus equum.

B. H. D.

Ad Editorem.

TAM rude carmen habes, ita sunt sine Apolline versus,
 (Pertæsus auditor crepat)
 Non est Arcadicus qui cantat arundine pastor,
 Armenta sunt quæ mugiunt.

B

Catiline.

You might have lived in servitude and exile,
 Or safe at Rome, depending on the great ones :
 But that you thought these things unfit for men,
 And in that thought you then were valiant.
 For no man ever yet changed peace for war,
 But he that meant to conquer. Hold that purpose.
 There's more necessity you should be such
 In fighting for yourselves, than they for others.
 He's base that trusts his feet when hands are armed.
 Methinks I see Death and the Furies waiting
 What we will do, and all the heaven at leisure
 For the great spectacle. Draw then your swords :
 And if our destiny envy our virtue
 The honour of the day, yet let us care
 To sell ourselves at such a price as may
 Undo the world to buy us.

Ben Jonson.

To Freetraders.

I FILL your granaries : I give you meat :
 Take my fifth part, Sirs, and I'll leave you—Heat.

Δ.

Catilina.

ὙΜΙΝ ὑπῆρχ' ἂν πατρίδος τητωμένους,
 ἢ δεσπότων κλυόντας, ἀντλήσαι βίον·
 ἐξῆν δὲ κάκει, τοῖς ὑπερτάτοις πόλεως
 ὑπηρετοῦντας· ταῦτα δ' οὐκ ἐν ἀνδράσι
 πρέπειν τοθ' ἠγήσασθε, παντόλμω φρενί·
 οὐ γὰρ, τὸ νικᾶν μὴ τρέφων ἐν ἐλπίσιν,
 οὐδεὶς ποτ' ἀντήλλαξεν εἰρήνης Ἄρην.
 τούτων μὲν οὖν ἔχεσθε· τοιοῦτον φρονεῖν,
 μᾶλλον γ', ἐαυτοῖς οἷς ἀμύνεσθαι πάρα,
 ἢ τοῖς ἐπ' ἄλλων καρτερήσασι μάχην
 χρῆναι λέγοιμ' ἂν· τὰς χεράς δ' ὀπλισμένος
 πόσιν πεποιθὸς αἰσχροτήτ' ὀφλισκάνει.
 εἶεν· τηρεῖν εἰκόσ' αἶ τ' Ἐριννύες τάδε
 Θάνατός θ' ὑπερστάς, πραγμάτων τ' ἐπίσκοποι
 πάντες σχολάζειν οἱ κατ' οὐρανὸν θεοί.
 οὐκοῦν ξιφῶν ἄπτεσθε; κὰν ἡμῖν τύχη
 φθονοῦσ' ἀριστεύσασι μὴ νικᾶν διδῶ,
 ὁμῶς τοσάυτην ἀντὶ τῶνδε σωμαίων
 τιμὴν ἂν ἐκπραξαίμεθ', ὥστ' ὠνουμένην
 γῆν πᾶσαν ἡμᾶς ἐν μέρει διολλύναι.

L.

ΣΦΙΓΧ.

PER me plena tument granaria: tu modo quintam
 Deme mihi partem, quid tibi restat?—eges.

R. S.

Elegy.

THE curfew tolls the knell of parting day,
The lowing herd winds slowly o'er the lea,
The ploughman homeward plods his weary way,
And leaves the world to darkness and to me.

Now fades the glimmering landscape on the sight,
And all the air a solemn stillness holds,
Save where the beetle wheels his droning flight,
And drowsy tinklings lull the distant folds:

Save that, from yonder ivy-mantled tower,
The moping owl does to the Moon complain
Of such as, wandering near her secret bower,
Molest her ancient solitary reign.

Beneath those rugged elms, that yew-tree's shade,
Where heaves the turf in many a mouldering heap,
Each in his narrow cell for ever laid,
The rude forefathers of the hamlet sleep.

The breezy call of incense-breathing Morn,
The swallow twittering from the straw-built shed,
The cock's shrill clarion, or the echoing horn,
No more shall rouse them from their lowly bed.

For them no more the blazing hearth shall burn,
Or busy housewife ply her evening care:
No children run to lisp their sire's return,
Or climb his knees the envied kiss to share.

Elegia.

FUNEBRIS insonuit morituræ nenia lucis,
Mugitus sequitur pascua longa boum :
Vix pede se lasso trahit ad sua limina arator,
Cum tacito solus vespere linquor ego.

Nunc oculos fallit species evanida rerum,
Et passim cœlos occupat alta quies,
Ni rotat argutis gyros ubi cantharus alis,
Tinnitusque piger per juga sopit oves.

Ni forte ex hedera vicinæ in vertice turris
Noctua luctisonos integret ægra modos,
Si qui palantes latebrosa cubilia propter
Secreti invadant jura vetusta loci.

Subter nodosis ulmis, taxoque comanti,
Qua putris aggesto cespite terra tumet,
Carcere quisque suo, pagi rudis incola in ævum
Dormit, et indigenæ contumulantur avi.

Mane in odorifero peramabilis aura Favoni,
Quæ de straminea garrit hirundo casa,
Vaticinus galli clangor, lituusve resultans,
Discutient humilis somnia nulla tori.

Illis haud iterum refovebitur igne caminus,
Sponsave quod propriæ est sedula partis ager :
Non balbo proles gratabitur ore parenti,
Curret in amplexus, præripietve genas.

Oft did the harvest to their sickle yield,
Their furrow oft the stubborn glebe has broke;
How jocund did they drive their team a-field!
How bowed the woods beneath their sturdy stroke!

Let not Ambition mock their useful toil,
Their homely joys, and destiny obscure;
Nor Grandeur hear with a disdainful smile,
The short and simple annals of the poor.

The boast of heraldry, the pomp of power,
And all that beauty, all that wealth e'er gave,
Await alike the inevitable hour:
The paths of glory lead but to the grave.

Nor you, ye proud, impute to these the fault,
If Memory o'er their tomb no trophies raise,
Where through the long-drawn aisle and fretted vault,
The pealing anthem swells the note of praise.

Can storied urn or animated bust
Back to its mansion call the fleeting breath?
Can Honour's voice provoke the silent dust,
Or Flattery soothe the dull cold ear of Death?

Perhaps in this neglected spot is laid
Some heart once pregnant with celestial fire;
Hands, that the rod of empire might have swayed,
Or waked to ecstasy the living lyre.

Suppositis quoties resecebant falcibus arva,
Versa gravi quoties vomere gleba fuit!
Ut læti in tonsas jumenta egere novales,
Quo ferro in silvis procubuere trabes!

Ambitio curas ne dedignetur honestas,
Otiaque ignotis haud aliena focus;
Nec torvo excipiat contracta Superbia risu
Pauperis historiam, sit brevis illa, domi.

Stemmata longa patrum, magnæque potentia famæ,
Quicquid forma potest addere, quicquid opes,
Expectant pariter non evitabile tempus:
Ipsius ad tumulum ducit Honoris iter.

Nec vos, o proceres phalerati, id vertite culpæ,
Quod Pietas illis nulla tropæa locet,
Qua per magnifici laquearia dædala templi
Grandisonum volvunt organa pulsa melos.

Quid tituli, quid sculpta juvabunt marmora? membris
An sese insinuet spiritus arte redux?
Gloria num tacitas exsuscitet ore favillas?
Num Stygium tangant mollia verba Deum?

Forsitan hac etiam neglecta in sede quiescant
Quæ cœlo fuerant pectora feta suo;
Dextera, quæ indomitos domuisset inulta Britannos,
Vel poterat vivam sollicitasse lyram.

But knowledge to their eyes her ample page,
Rich with the spoils of time, did ne'er unroll;
Chill Penury repressed their noble rage,
And froze the genial current of the soul.

Full many a gem of purest ray serene
The dark unfathomed caves of ocean bear:
Full many a flower is born to blush unseen,
And waste its sweetness on the desert air.

Some village-Hampden, that with dauntless breast
The little tyrant of his fields withstood;
Some mute inglorious Milton here may rest,
Some Cromwell guiltless of his country's blood.

The applause of listening senates to command,
The threats of pain and ruin to despise,
To scatter plenty o'er a smiling land,
And read their history in a nation's eyes,

Their lot forbad: nor circumscribed alone
Their growing virtues, but their crimes confined;
Forbad to wade through slaughter to a throne,
And shut the gates of mercy on mankind;

The struggling pangs of conscious truth to hide,
To quench the blushes of ingenuous shame,
Or heap the shrine of Luxury and Pride
With incense kindled at the Muse's flame.

Atqui non illis rerum monumenta, nec amplas
Temporis exuvias evoluisse datur :
Frigida Paupertas generosos expulit ignes,
Compressitque pigro corda animosque gelu.

Plurima, quæ raro splendet fulgore, sub imis
Fontibus oceani gemma sepulta latet :
Plurimus incultis nequicquam nascitur arvis
Flosculus, et vacuum complet odore nemus.

Hac, indignatus ruris dare colla tyranno,
Brutus in obscura dormiat alter humo ;
Inscius hic citharæ Nasoque inglorius ævi,
Nec vetitæ temerans fœdera Cæsar aquæ.

Imperitare animo pendentis ab ore senatus,
Temnere pœnarum damna gravesque minas,
Per gentes pleno diffundere munera cornu,
Et scribi in populi vultibus URBIS AMOR,

Sorte negatum illis : nec, quæ virtutibus essent
Invida, nequitia Fata dedere viam ;
Sed vetuere armis male parta capessere regna,
Et generi exitium deproperare suo ;

Condere sinceros agitato in pectore motus,
Luctari ingenuus ne rubor ora notet,
Aut ferre ad tumidi cumulata altaria Luxus
Pro pudor ! Aonii turea dona chori.

Far from the madding crowd's ignoble strife,
Their sober wishes never learned to stray;
Along the cool sequestered vale of life
They kept the noiseless tenour of their way.

Yet e'en these bones from insult to protect,
Some frail memorial still erected nigh,
With uncouth rhymes and shapeless sculpture decked,
Implores the passing tribute of a sigh.

Their name, their years, spelt by th' unlettered Muse,
The place of fame and elegy supply:
And many a holy text around she strews,
That teach the rustic moralist to die.

For who, to dumb Forgetfulness a prey,
This pleasing anxious being e'er resigned,
Left the warm precincts of the cheerful day,
Nor cast one longing, lingering look behind?

On some fond breast the parting soul relies,
Some pious drops the closing eye requires;
E'en from the tomb the voice of Nature cries,
E'en in our ashes live their wonted fires.

For thee, who, mindful of th' unhonoured dead,
Dost in these lines their artless tale relate;
If chance, by lonely Contemplation led,
Some kindred spirit shall inquire thy fate,

Ambitione procul vesana et lite forensi,
Quisque suum placide conficiebat iter:
Per vitæ ambages gratas in valle reducta
Carpebant tacitos ac sine labe dies.

Hæc tamen ut pedibus sint ossa intacta profanis,
E fragili saxo tollitur urna memor,
Quæ versu illepido, sculptisque sine arte figuris,
Sæpe viatorem sistere, flere monet.

Musa rudis signat quæ nomina, computat annos,
Quicquid laudis egent, suppeditare valet;
Aureaque excerpit sacrato e codice dicta,
Quæ doceant quid sit vivere, quidque mori.

Solicitæ quis enim, sic immemor usque priorum,
Delicias animæ deposuisse velit?
Equis descruit lætæ confinia lucis,
Nec tulit ad superas ora reflexa plagas?

Sese anima in gremium fugitiva receptat amicum.
Ultima lachrymulam flagitat hora piam:
Vel de ferali clamat Natura sepulchro,
Vel calet effeto fax rediviva rogo!

Te vero, memorem turbæ sine honore jacentis,
Quem juvat inflatas sic cecinisse vices,
Si te forte dolens, animo huc compulsus eodem,
Advena, quæ fuerint et tua fata, petat;

Haply some hoary-headed swain may say ;
 'Oft have we seen him at the peep of dawn,
 Brushing with hasty steps the dews away,
 To meet the sun upon the upland lawn.

There at the foot of yonder nodding beech,
 That wreaths its old fantastic roots so high,
 His listless length at noontide would he stretch,
 And pore upon the brook that babbles by.

Hard by yon wood, now smiling as in scorn,
 Muttering his wayward fancies he would rove,
 Now drooping woeful wan, like one forlorn,
 Or crazed with care, or crossed in hopeless love.

One morn I missed him on the 'customed hill,
 Along the heath and near his favourite tree ;
 Another came ; nor yet beside the rill,
 Nor up the lawn, nor at the wood was he :

The next with dirges due in sad array
 Slow through the church-way path we saw him borne.
 Approach and read (for thou canst read) the lay,
 Graved on the stone beneath yon aged thorn.'

The Epitaph.

Here rests his head upon the lap of Earth,
 A youth to fortune and to fame unknown,
 Fair Science frowned not on his humble birth,
 And Melancholy marked him for her own.

Dixerit, albescant cana cui fronte capilli;
 'Sæpe novo juvenem vidimus ire die,
 Cum pede festino quateret de gramine rores,
 Staret ut in summis, sole oriente, jugis.

Illic qua fagi patet umbra, vetustaque radix
 Lascive e summa tortilis exstat humo,
 Sole sub æstivo, molli porrectus in herba,
 Captabat murmur lenæ loquacis aquæ.

Ad nemus ille vagans, risuque notandus amaro,
 Mussabat dubios, intima corda, sonos;
 Vel miser et pallens sese incommitatus agebat,
 Deliro similis, quemve fefellit amor.

Mane mihi quodam, collis juga nota petenti,
 Arboris et soliti defuit hospes agri:
 Altera lux oritur: nec propter flumen, aprico
 Nec tamen in campo, nec nemora inter, erat.

Tertia successit—planctus audimus—et inde
 Funeris elati triste notamus iter.
 Perlege (namque potes) tumulo superaddita verba,
 Surgit sub vetulo qua lapis ille rubo.'

Epitaphium.

Hic recubat juvenis maternæ in cespite terræ;
 Fama latet: nullas vivus habebat opes:
 Sed genus ignotum non despexere Camenæ,
 Et puerum optavit lugubris Hora suum.

Large was his bounty, and his soul sincere,
 Heaven did a recompence as largely send:
 He gave to Misery all he had—a tear;
 He gained from Heaven—'t was all he wished—a friend.

No further seek his merits to disclose,
 Or draw his frailties from their dread abode,
 (There they alike in trembling hope repose),
 The bosom of his Father and his God.

Gray.

Enough's a feast.

I WENT to the toad that lies under the wall,
 I charmed him out, and he came at my call;
 I scratched out the eyes of the owl before;
 I tore the bat's wing—what would you have more?

Gammer Gurton.

Oh! ever thus.

OH! ever thus, from childhood's hour,
 I've seen my fondest hopes decay;
 I never loved a tree or flower,
 But 'twas the first to fade away.
 I never nursed a dear gazelle,
 To glad me with its soft black eye,
 But when it came to know me well,
 And love me, it was sure to die.

Moore.

Ipsæ animi simplex largi, quæ reddidit ultro
 Largior, agnovit libera dona, Deus :
 Pauper pauperibus lacrymam, munuscula, fudit,
 Ex voto Cœli nactus amicitiam.

Sed neque virtutes evolvere longius illas,
 Nec vitia a tenebris dissociare velis :
 Spe pariter tacitoque metu sub morte quiescunt,
 In Patris æterno non adeunda sinu :

J. H. M.

Satis superque.

BUFONEM accessi sub pariete semper agentem,
 Vocibus elicui magicis, venitque vocatus :
 Alam divelli vesperilionis, ocellis
 Privato bubone prius—quid plura requiras ?

F. H.

Sic semper.

Sic mihi de teneris spes infeliciter annis,
 Et vota et cupidæ præteriere preces !
 Arbusta in silvis, in aprico flosculus horto—
 Sub manibus languent omnia pulchra meis.
 Si forte effusi mirantem fulgur ocelli,
 Jam me surpuerat cara capella mihi,
 Cum sciret vocem, peteret mea basia, mecum
 Luderet—invidit quilibet : illa perit !

H. D.

The Man in the Wilderness.

THE man in the wilderness asked me,
 'How many strawberries grow in the sea?'
 I answered him, as I thought good;
 'As many as red herrings grow in the wood.'

Gammer Gurton.

Two Gentlemen of Verona.

THE current, that with gentle murmur glides,
 Thou know'st, being stopped, impatiently doth rage:
 But when his fair course is not hindered,
 He makes sweet music with the enamell'd stones,
 Giving a gentle kiss to every sedge
 He overtaketh in his pilgrimage;
 And by so many winding nooks he strays
 With willing sport to the wild ocean.
 Then let me go, and hinder not my course:
 I'll be as patient as a gentle stream,
 And make a pastime of each weary step,
 Till the last step have brought me to my love;
 And there I'll rest, as after much turmoil
 A blessed soul doth in Elysium.

Shakspeare

Quidam in Desertis.

QUIDAM in desertis blanda me voce rogabat,
 'Fraga quot in pelagi fluctibus orta putes?'
 Nec male quæsitis hoc respondere videbar,
 'Salsa quot alecum millia silva ferat.'

F. H.

Julia loquitur.

NONNE vides, leni qui labitur agmine rivus,
 Spumeus exundat, mora si qua retardet euntem :
 Sin placidum nullo perfecit objice cursum,
 Suave renidentis murmur per levia arenæ
 Saxa ciet, lentumque siler mollesque genistas,
 Vix adeo tactis delibans oscula, lambit ?
 Atque ita per multos anfractus flexibus errat,
 Et ludit ludum, nullo retinente, procacem,
 Donec lascivo ponti se immisceat æstu.
 Sic precor, o virgo, nil me remoreris euntem !
 Ipsa, sinas, referam tranquilla silentia rivi ;
 Atque via quamvis vestigia fessa reponam,
 Ibo iter et grati prætexam nomine ludi ;
 Donec in extremo cursu jam reddar amanti
 Molliter, et blanda potiar contenta quiete ;
 Quali, operum vitæ longique soluta laboris,
 Umbra per Elysios fruitur sine fine recessus.

C. T. B.

This introduceth to mie Librarie.

From mouldering Abbayes' darke Scriptorium broughte,
See bellum tomes by monkish laboure wroughte;
Ne yette the Comma borne, Pappri see,
And uncial letterres' wizarde grammarie.
View mie fifttheeneres in their ruggedde line;
Swylke Jukes! swylke Linnenne! only knowne longe syne;
Enteringe, where Aldus mote habe sirt his throne,
Or Harrie Stebenes cobetedde his owne.

Drurie.

In Musæi mei aditu.

PONTIFICUM . VIDEAS . PENETRALIBUS . ERUTA . LABSIS
ANTIQUAS . MONACHUM . VELLERA . PASSA . MANUS
ET . VETERES . PUNCTO . SINE . DIVISORE . PAPYROS
QUÆQUE . FREMIT . MONSTRIS . LITERA . PICTA . SUIS
ÆTATIS . DECIMÆ . SPECTES . INDUSTRIA . QUINTÆ
QUAM . PULCHRA . ARCHETYPUS . IMPRIMAT . ARTE . DUCES
ALDINAS . ÆDES . INEUNS . ET . LIMINA . JUNTÆ
QUOSQUE . SUOS . STEPHANUS . VELLE . HABERE . LARES

H J T. D.

Precedence.

‘SIR, will you please to walk before?’

‘No, pray, Sir, you are next the door:’

‘Upon my honour, I’ll not stir’—

‘Sir, I’m at home—consider, Sir!’

‘Excuse me, Sir, I’ll not go first:’

‘Well, if I must be rude, I must—

But yet I wish I could evade it;

’Tis strangely clownish—be persuaded.’

Go forward, cits: go forward, squires:

Nor scruple each what each admires.

Life squares not, friends, with your proceeding,

It flies while you display your breeding:

Such breeding as one’s grannam preaches,

Or some old dancing master teaches.

O for some rude tumultuous fellow,

Half crazy, or at least half mellow,

To come behind you unawares

And fairly kick you both down stairs!

But, Death’s at hand—let me advise ye;

Go forward, friends, or he’ll surprise ye.

Shenstone.

The quiet Old Lady.

THERE was an old woman lived under a hill,

And if she’s not gone, she lives there still.

Gammer Gurton.

Præcedere.

'I PRÆ, pone sequar, Domine : ' haud præcedere possum : '

'I, prece te rogito : ' foribus quin proximus adstas ! '

'Juro Phœbeos crines, pede figor : ' at hæc est

Nostra domus, reputa : ' veniam da, non prior ibo ! '

'Quam sit inurbanum novi, at parere necesse est ;

Longe aliter facerem—precor O succumbe roganti.'

Ite, præite aliis alii, vos quotquot ab urbe,
Armigeri quotquot proceres de rure : nec id quod
Pectore amat toto, sibi quisque assumere nolit.

Vita brevis male se vestris accommodat hisce

Usubus ; illa fugit, dum vos ornatis ad unguem

Exhibitos mores, quales docuisset ineptæ

Garrulitas aviæ, aut balbi præcepta Bathylli.

Asper et incultus veniat quis, sit simul idem

Ebriolus, paulum aut demens, qui calce faceto

Urgens de tergo, scalas abscondere cogat.

Sed quid ego plura ? En præsto stat Mors ! nisi vultis

Ire, hæc attonitos protrudet et ire negantes.

B.

Anus tranquilla.

LEGIT Anus sub colle domum : domus illa morantem,

Si non ipsa abeat, jam retinebit anum.

F. H.

The Bud.

LATELY on yonder swelling bush,
 Big with many a coming rose,
 This early bud began to blush,
 And did but half itself disclose:
 I plucked it, though no better grown;
 And now you see how full 'tis blown.

Still as I did the leaves inspire,
 With such a purple light they shone,
 As if they had been made of fire,
 And spreading so would flame anon.
 All that was meant by air and sun
 To the young flower, my breath has done.

If our loose breath so much can do,
 What may the same in forms of love,
 Of purest love and music too,
 When Flavia it aspires to move?
 When that, which lifeless buds persuades
 To wax more soft, her youth invades?

Waller.

So altered.

I LOVED thee beautiful and kind,
 And plighted an eternal vow:
 So altered are thy face and mind,
 'Twere perjury to love thee now.

Prior.

Gemma.

EN! ea qua foliis stet operta recentibus arbor,
 Et properet gravidas mox aperire rosas,
 Hæc præmaturi prope conscia gemma ruboris
 Intempestivum est pandere visa caput.
 Hanc ego, sicut erat, summo de stemmate vulsi,
 Jamque patent teneræ quæ latuere comæ.

Et quoties tepido caluit rosa percita flatu,
 Purpura per nitidas fulsit oborta genas;
 Ac veluti admotis auris caluere favillæ,
 Afflatæ visa est ignea forma rosæ.
 Vis adeo solis faceret quod et ala Favoni,
 Hoc datur exiguo flamine posse mihi.

Talia si possit nostri temere halitus oris,
 Idem quid tenero non in amore potest?
 Purus amor quoties citharæ se commodet arti,
 Et tremat assiduis Flavia mota labris?
 Cum, tulit exanimes qui sub juga mollia gemmas,
 Virginis invadat spiritus ille sinum?

J. H.

Tempora mutantur.

PULCRAM te facie atque mente amabam
 Juratus—fateor. Quid ergo? mentem
 Mutasti, faciemque. Amare porro
 Perjuri foret, haud proci fidelis.

F. W

The first Grief.

'OH call my brother back to me,
I cannot play alone:
The summer comes with flower and bee:
Where is my brother gone?

The butterfly is glancing bright
Along the sunbeam's track;
I care not now to chase its flight:
O call my brother back.

The flowers run wild, the flowers we sowed
Around our garden-tree;
Our vine is drooping with its load:
O call him back to me!

'He would not hear my voice, fair child;
He may not come to thee:
The face, that once like spring-time smiled,
On earth no more thou'lt see.

A flower's brief bright life of joy,
Such unto him was given:
Go, thou must play alone, my boy!
Thy brother is in heaven.'

Primus Dolor.

‘ O REVOCA fratrem, revoca, carissima mater ;

Solus enim nequeo ludere, fessus ero.

Cum pictis apibus, venit cum floribus æstas :

Dic quibus in cæcis abditur ille locis ?

Trans jubar aurati volitans mutabile solis

Ala papilio versicolore micat ;

Et micet incolumis ; per me volitabit inultus :

O redeat nostram frater, ut ante, domum !

Intensi exultant flores, quem sevimus hortum ;

Arbore sub patula quæ rubuere rosæ :

Vitis dependet crassis onerata racemis :

Si revocas fratrem, tu mihi mater eris.’

‘ Heu ! non audiret matrem, formose, vocantem,

Quem poterunt nullæ sollicitare preces :

Ille oculus ridens, faciesque simillima veri,

Et nos et nostrum destituere diem.

Sole sub aprico quid si breve carpserit ævum ?

Splendida decidui tempora floris habet.

I, puer, et ludos tecum meditare novos ;

Nec geme, quod cœlis gaudeat ille suis.’

‘And has he left the birds and flowers?
 And must I call in vain?
 And through the long long summer-hours
 Will he not come again?’

And by the brook and in the glade
 Are all our wanderings o’er?
 O! while my brother with me played
 Would I had loved him more!’

Hergans.

Fidele's Grave.

WITH fairest flowers,
 Whilst summer lasts, and I live here, Fidele,
 I'll sweeten thy sad grave: thou shalt not lack
 The flower, that's like thy face, pale primrose; nor
 The azure harebell, like thy veins; no, nor
 The leaf of eglantine, which not to slander,
 Out-sweetened not thy breath: the ruddock would,
 With charitable bill (O bill, sore shaming
 Those rich left heirs, that let their fathers lie
 Without a monument!) bring thee all this;
 Yea, and furred moss beside, when flowers are none,
 To winter-ground thy corse.

Shakspeare.

‘Ergo abit, et volucres et gemmea prata reliquit?
 Et mea nequicquam vox repetita sonat?
 Immemor et nostri, per tædia longa dierum,
 Per totam æstatem non venit usque mihi?’

Nec rursum in viridi reduces errabimus umbra?
 Ad nemus, ad fontes, incomitatus cam?
 Dure puer, qui tot dulces neglexeris horas,
 Nec dederis fratri basia plura tuo!’

H. D.

Fideles Tumulus.

TUUM, Fidele, floribus pulcerrimis,
 Dum durat æstas, incolamque me vident
 Hæc rura, funus contegam: pallentium,
 Tui instar oris, primularum copia
 Haud deerit, aut colore venas æmulans
 Hyacinthus, aut odora frons cynosbati:
 Quæ, nec calumniamur, haud erat tuo,
 Odora quamvis, spiritu fragrantior.
 Tibi hæc vetustæ more mansuetudinis
 (O mos pudori prodigis hæredibus,
 Inhumata patrum qui relinquunt corpora!)
 Rubecularum vilis hospitalitas
 Afferret; imo plura; namque mortuis
 His omnibus, cubile musco sterneret,
 Brumaque te curaret, ut viresceres.

F. H.

To CERES.

CERES, most bounteous lady, thy rich leas
Of wheat, rye, barley, vetches, oats and peas;
Thy turfey mountains, where live nibbling sheep,
And flat meads thatched with stover, them to keep:
Thy bank with pionied and twilled brims,
Which spongy April at thy hest betrimms,
To make cold nymphs chaste crowns; and thy broom-
groves,
Whose shadow the dismissed bachelor loves,
Being lass-lorn; thy pole-clipt vineyard;
And thy sea-marge sterile and rocky-hard,
Where thou thyself dost air—the Queen o' the sky,
Whose watery arch, and messenger am I,
Bids thee leave these; and with her sovereign grace,
Here on this grass-plot, in this very place,
To come and sport: her peacocks fly amain;
Approach, rich Ceres, her to entertain.

Shakspeare.

The Dilemma.

IF all the world were apple-pie,
And all the seas were ink,
And all the trees were bread and cheese,
My stars! what should we drink?

Gammer Gurton.

Ad Cererem.

DIVA Ceres, opulenta, tibi hæc Junonia longe
 Jussa fero, cujus liquidis in nubibus Iris
 Ipsa per ætherios labor prænuntia tractus.
 Jamne tuas multa vibrantes messe novales,
 Triticeamque ultro segetem, viciamque, fabamque,
 Linquis, et erectæ penetrabile culmen avenæ?
 Jamne tuos montes, ovium et rodentia sæcla,
 Et, tutela vagi pecoris, quæ plurima sepes
 Implicitis planos distinxit cratibus agros?
 Jamne et ripicolas fluviorum in margine flores,
 Lilia pæoniamque, Aprilia dona, rubentem,
 Usum in nympharum, et nuribus redimicula castis?
 At neque te multo vindemia consita palo,
 Quæque genistarum læsis stat amantibus umbra,
 Detineat; nec litus inops, ignavaque saxa,
 Æquoris in scatebris ubi mollia frigora captas.
 Sic Regina jubet, tecum hæc viridaria ludo
 Quæ terere, et dulces dignatur inire choreas.
 At bijugis actos pavonibus aspice currus!
Alas! that they delayed so long
The goal of mutual bliss beside!
Yet, what no chance could then reveal,
And neither would be first to own,
Let fate and courage now conceal,
When truth could bring remorse alone.

Atys et Asterie.

ILLOS qui vidit comites, innectere solum
Dixisset vacuæ fœdus amicitiaë :
Asterie facili ridebat amabile vultu,
Explicita comis fronte placebat Atys.
Si tamen alterius secura nomen in hora
Audit, notos, illa vel ille, sonos,
Proditâ jam subito trepidabant corda tumultu,
(Sic avis immerito carcere capta pavet.)
Et licet assuetis frigeret epistola verbis,
Fœdabat madida plurima gutta nota.
Illis tantus amor : neque paucas irrita in horas,
Sed longum viguit mutua flamma diem.
Eheu ! quod neque virgineum (sic fata) pudorem,
Nec juvenis fastum vincere norit Amor !
Eheu ! quod miseros lætæ ad confinia vitæ
Injustæ nimium detinuere moræ !
Quod tamen et nequit Fortunæ evolvere casus,
Et pressum timido fovit uterque sinu,
Fortia jam celent sub iniquo pectora fato,
Nec reseret serus condita corda dolor.

Sweet Singer.

SING, beautiful sweet singer,
 Those notes so low and clear;
 Oh, I could ever linger
 Those mellow notes to hear!

I hear thee before daylight
 Tuning betimes thy throat;
 And in the vesper twilight
 Thy chants prolonged float.

Those brilliant notes that quaver
 Thou tun'st with conscious pride:
 Thy guerdon is the favour
 Of thy approving bride.

By faithful love inspired
 Thou pourest in her ear
 Lays, thou art never tired
 To sing, nor she to hear.

Aron.

The Anquiet Old Lady.

THERE was an old woman, and what do you think?
 She lived upon nothing but victuals and drink!
 Victuals and drink were the chief of her diet,
 And yet this old woman could never keep quiet.

Gammer Gurton.

Ad Volucrem.

INGEMINA magicum, volucer suavissime, carmen!

Ex ima liquidos da mihi voce modos.

O utinam viridi semper sub fronde morarer,

Ut linguæ inhiberem mellea verba tuæ!

Ante jubar matutinum lucemque dici

Gutturis audiui dulce trementis opus;

Vespereque in sero molles flutare per umbras

Carmina lasciva continuata mora.

Conscius artificis labri famæque canentis,

Quo leve divino fundis ab ore melos!

Et tibi si quando alternis respondeat uxor,

Omnia facundæ præmia vocis habes.

Ergo iteras cantum, fido inspiratus amore;

Illa pia numeros corripit aure tuos:

Dumque tepent reduces Lunæ, dum germinat arbor,

Quod semper recines, audiet illa melos.

H. D.

ΠΕΡΙ ΓΡΑΟΣ ΤΗΣ ΑΛΗΚΤΟΥ.

ΓΡΑΥΣ τις ἦν ποθ', ὡς λέγουσιν οἰσι δὴ γραῶν μέλει,
ἢ μὲν οὐ τις οὐδ' ἐδήλου τῶν τυχόντων γραδίων
πωμαίων μόνον διέζη γ' ἠδὲ βρωμάτων τ' ἄπο
ταῖσδε δ' οὐδ' ἐν εὐπαθείαις, εἶτα, θαυμαστὸν κλύειν,
αἰὲν ἠδὲ γραῦς ἄληκτος, αἰὲν ἦν ἀμείλιχος.

E. C. H.

A Solemn Dirge.

DING dong bell,
The cat is in the well.
Who put her in?
Little Johnny Green.
What a naughty boy was that
To drown poor harmless Pussy Cat!

Gammer Gurton.

Dame Widdle Waddle.

OLD Mother Widdle Waddle jumpt out of bed,
And out at the casement she popt her head,
Crying, 'The house is on fire, the grey goose is dead!
And the fox he is come to the town, oh!'

Gammer Gurton.

ΑΙΑΙΝΟΝ.

ΑΙΑΙΝΟΝ αἴλινον εἶπέ· Φρέαρ λάβεν, οὐλον, ἄβυσσον,
 τὴν γαλέην· τίς τῆσδ' αἴτιος ἀμπλακίης;
 τυτθὸς Ἰωάννης, χλωρὸν γάνος, αἴσυλα εἰδώς·
 τοῦ γαλέην βυθίσαι νήπιον ὧδ' ἄκακον!

C. J. V.

Æs sacrum sonet, æs mæstum tonet!
 Obit in luteo Felis puteo.
 Quis sic, mihi dic, mererit illic?
 Quisnam hoc facinus?—puer est Prasinus.
 Proh cor durum, miserum puerum!
 Proh ridiculum Johanniculum,
 Immergere tam felem immeritam!

H. D.

ἘΑΕΑΕΥ ἔλελεῦ τῆς αἰλούρου· τὸ φρέαρ νιν ἔχει· τίς
 ὁ βάψας;
 ὡς νηπυτίαν ὡς στερεόφρων· ὧδ' ἐκείνος, ὁ τυτθὸς,
 ὁ χλωρός!

C. J. V.

Vetula Vidivaddula.

PROTINUS exsiluit calido Vidivaddula lecto,
 Furtorum impatiens anus, extrusitque fenestra
 Lanigerum caput, et clamoribus æthera rupit;
 Proh flammam et fures! domus ardet et occidit anser!
 Candidus ille anser! venitque per oppida vulpes.

H. D.

Epistle to a Friend.

WELL, be it so, my friend!—I've done
With mirth, extravagance, and fun:
I fear I've passed the fatal line:
That unchecked mirth and unstopped wine,
That flow of wit that knows no bound,
The merry laugh's perpetual round,
Nay, e'en the social generous glow
That all-enlivening grapes bestow—
Joys that a few brief sennights past
I thought eternally would last,
Or fondly wished, before they fled,
I might be numbered with the dead—
No more are tricked with charms for me,
Nor wake my soul to jollity:
That if to Pleasure I incline,
No more I view her form in wine,
Nor if bleak Care besets my soul,
Can drown him in the sparkling bowl.
Farewell, farewell, delusive dream!
The joy of youth, the poet's theme;
Enchanting scenes of mirth and glee,
When all was gay and all was free;
When infant love's first sparks were fanned,
Cemented friendship's strictest band,

Ad Amicum.

DIXTI heu! omnia vera, mi sodalis!
Baccanalia nostra terminavi,
Cum vino et sale et omnibus cachinnis.
Fervens ille lepos, fluensque vinum,
Mollis circuitus facetiarum,
Et risus hilares, jocique belli;
Imo, omnis generosa vis Lyæi,
Seu quid suavius elegantiusque est,
Quod vivax dedit uva dissolutis;
(Quales blanditias prius putabam
Orturas magis in dies et horas,
Aut ante expetii ipse, quam perirent,
Convivas numerarer inter Orci)
Cuncta hæc illecebris carent, nec udæ
Incendunt animæ protervitatem;
Sed sive Euphrosynen peto jocosam,
Non inter calices, ut ante, ridet;
Nec si Cura sinum maligna torquet,
Mergenda est cyathi scatentis æstu.
Actum est: desinimus levis juventæ
Vatum et delicias inaniorum,
Ah quam somnia grata, somniare!
O dulces aditus, dies amœni,
Noctes aureolæ, mihi valete;
Quum festum fuit omne liberumque;
Quando infans amor arsit in medullis,
Juncti fœderibus piis amici,

And both together bore along
In union sweet the power of song.
Enchanting scenes, that fancy loves,
That friendship's sacred voice approves ;
On which remembrance oft shall dwell
With sad delight—dear scenes, farewell!

Even so, I've passed the fatal line,
And other suns upon me shine :
But as the home-sick sailor sees
Mid the waste waves his native trees ;
And thinks the wide-stretched watery scene
Fair meadows clad in vernal green :
So oft my fancy turns to view
Those forms my livelier moments knew,
And kindling at delusions vain,
Believes and hopes them back again.
Then if I court their imaged charms,
My fevered soul is up in arms ;
And sickening nature proves at last
The passion weak, the moment past.

Merivale.

Et quicquid leve fulsit aut venustum
Dilectæ harmoniam lyræ docebat!
Quas non perditæ amare mens recusat,
Nec voces comitum sacræ tacebunt,
Cordi quæ memori diu recurrent,
Ut solatiolum mei laboris,
O horæ ambrosiæ, mihi valete!

Dixi heu! omnia vera, mi sodalis:
Bacchanalia nostra terminavi,
Et soles alios tepere sensi.
Sed vasto veluti in maris profundo
Fessus nauta videt nemus paternum,
Pingitque in vitreis fretis aquarum
Verni pascua ruris atque flores:
Sic rerum mihi pertinax imago,
Et desiderium redit priorum,
Quas in purpureis sequebar annis.
Et priscos foveo arroganter ignes,
Credoque esse meos, libensque fallor.
Quod si jam simulacra læta capto,
Menti nescio quid febriculosæ
Certatim irruit, et pudet fateri
Quam vini levis avolet libido,
Quam fallax rosa, quam brevis juvenus!

¶ars Secunda.

With awe I kneel
Trembling before the footstool of thy state,
My God, my Father!—I will sing to thee
A hymn of laud, a solemn canticle,
Ere on the Cypress wreath, which overshades
The throne of Death, I hang my mournful lyre,
And give its wild strings to the desert gale

To the Reader.

THAT union of the soul and body here,
Which heaven has ordered, calls for several treatment
To suit its several parts. Our outward man
Asks cheerful exercise; our inward man
Must have his pauses too from serious thought,
And gathers vigour for his loftier flights
By earthly relaxation. Yet, my friend,
We must not hover here, nor skim the turf
Uninterruptedly, but imp our wings
For rocks aerial and for upper day.

F. Hodgson.

Ad Lectorem.

TERRENA mentis corporisque vincula,
Deo jubente fabricata, diligunt
Poscuntque curas hinc et inde compares.
Corpus quiete roboratur utili,
Modicisque gaudet indies laboribus:
Mens otiosa crescit interim mora,
Vigetque, nil molita. Sed, dulcissime,
Non hic moremur; neu solum diutius
Penna supervolemus ignava nimis:
Sed altiores audeamus ætheris
Tranare campos, et die puro frui.

F. H.

Litany to the Holy Spirit.

In the hour of my distress,
When temptations sore oppress,
And when I my sins confess,
Sweet Spirit, comfort me!

When I lie within my bed,
Sick in heart and sick in head,
And with doubts discomfited,
Sweet Spirit, comfort me!

When the house doth sigh and weep,
And the world is drowned in sleep,
Yet mine eyes their vigils keep,
Sweet Spirit, comfort me!

When the passing bell doth toll,
And the furies in a shoal
Come to fright my parting soul,
Sweet Spirit, comfort me!

When the tapers all burn blue,
When the comforters are few,
And that number more than true,
Sweet Spirit, comfort me!

When the priest his last has prayed,
And I nod to what is said,
'Cause my speech is now decayed,
Sweet Spirit, comfort me!

Ad Sanctum Spiritum.

HORA in calamitatis,
Cum tenter et prober satis,
O, ut solvar a peccatis,
Solare, dulcis Spiritus!

Cum capite et corde æger
Miser intus lecto tegar,
Ne in tenebras releger,
Solare, dulcis Spiritus!

Quando domus flet et gemit,
Atque sopor mundum premit,
Nec vigiliis me demit,
Solare, dulcis Spiritus!

Quum campana sonat mortem,
Furiæque vim consortem
Jungunt, rapiant ut fortem,
Solare, dulcis Spiritus!

Lampas fuscus dat colores;
Pauci adstant, qui dolores
Levent—veri pauciores!
Solare, dulcis Spiritus!

Cum sacerdos summa dabit
Verba, quæ nutu probabit
Caput hoc, si vox negabit,
Solare, dulcis Spiritus!

When (God knows) I'm tossed about
Either with despair or doubt;
Yet before the glass runs out,
Sweet Spirit, comfort me!

When the tempter me pursueth
With the sins of all my youth,
And half damns me with their truth,
Sweet Spirit, comfort me!

When the flames and hellish cries
Fright my ears and fright my eyes,
And all terrors me surprise,
Sweet Spirit, comfort me!

When the Judgment is revealed,
And that open, which was sealed,
When to thee I have appealed,
Sweet Spirit, comfort me!

Herrick.

Psalm xix.

THE spacious firmament on high,
And all the blue ethereal sky,
The spangled heavens, a shining frame,
Their great Original proclaim.

Cum huc illuc (Deus novit)
 Ferar, sicut terror movit,
 Nec stat sanguis, qui me fovit,
 Solare, dulcis Spiritus!

Cum peccatis me juventæ,
 Serpens premit violentæ,
 Vero heu! consentiente,
 Solare, dulcis Spiritus!

Aures gemitus obtundunt!
 Ignes oculos confundunt!
 Nervi sine te succumbunt!
 Solare, dulcis Spiritus!

En! iudicium declaratur:
 En! patet quod celabatur:
 En! vox iras deprecatur:
 Solare, dulcis Spiritus!

H. D.

Psalmus xix.

QUICQUID habet cœli vertex et splendidus ordo,
 Quicquid habent vasti cœrula templa poli,
 Sidera quot splendent, quot sunt super æthera flammæ,
 Omnia divinum testificantur opus.

The unwearied sun from day to day
Does his Creator's praise display,
And publishes to every land
The work of an Almighty hand.

Soon as the evening shades prevail,
The moon takes up the wondrous tale,
And nightly to the listening earth
Repeats the story of her birth :

While all the stars that round her burn,
And all the planets in their turn,
Confirm the tidings as they roll,
And spread the truth from pole to pole.

What though in solemn silence all
Move round the dark terrestrial ball ?
What though nor voice nor minstrel sound
Among their radiant orbs be found ?

With saints and angels they rejoice,
And utter forth a glorious voice,
For ever singing as they shine,
'The hand that made us is divine.'

Addison.

Sol qualis niteat, quali sit origine natus,
 Indicia, assiduo dum redit orbe, facit;
Per quascumque vagum late jubar extulit oras,
 Sedulul Artificem prædicat ille suum.

Quum modo victrices descendunt vesperis umbræ,
 Excipit alternam Luna diserta vicem;
Et sua miranti memorans primordia terræ,
 Edita quo fundat lumina fonte, refert.

Illius ætherium quot servant sidera cursum,
 Quot gyri in cœlo, noctivagæque faces,
Singula confirmant cantu, quæ singula narrant,
 Et capit unanimes axis uterque modos.

Ergone, terrestrem circa dum volvitur orbem,
 Stella secat tacitam pendula quæque viam?
Ergone Sol nullos, nullos dant astra susurros,
 Nec faciunt de tot millibus ulla sonum?

Scilicet angelicos interlabentia cætus
 Clarescunt superi murmura læta poli;
Et canere auditæ per tanta silentia voces:
 FINGIMUR ÆTERNA DIRIGIMURQUE MANU.

W. G. H.

It is I: be not afraid.

WHEN I sink down in gloom or fear,
Hope blighted or delayed,
Thy whisper, Lord, my heart shall cheer,
' 'Tis I: be not afraid!'

Or startled at some sudden blow,
If fretful thoughts I feel,
' Fear not, it is but I!' shall flow,
As balm my wound to heal.

Nor will I quit thy way, though foes
Some onward pass defend,
For each rough voice the watch-word goes,
' Be not afraid!—a friend!'

And O! when judgment's trumpet clear
Awakes me from the grave,
Still in its echo may I hear,
' 'Tis Christ! He comes to save.'

Lyra Apostolica.

New Self.

WHY sittest thou on yonder sea-girt rock,
With downward look and sadly dreaming eye?
Playest thou beneath with Proteus' flock?
Or with the far-bound sea-bird dost thou fly?

Ἐγὼ εἶμι· μὴ φοβεῖσθε.

CUM vel metu, vel cordis in caligine,
 Spe labor et vana fide,
 Molli susurro vox Dei me sublevat,
 'Tu ne timeto: Christus est!'

Ictu repente sim lacessitus gravi,
 Et ægra mens exæstuet,
 Solvunt dolores verba, sanant vulnera,
 'Tu ne timeto: Christus est!'

Hostes propinquas occupent angustias,
 Non calle deflectar meo:
 It voce ab omni martialis tessera,
 'Tu ne timeto: Christus est!'

Sic cum resurgam de sepulchrali domo,
 Sonante iudicis Tuba,
 Percussus æther fortiter respondeat,
 'Tu ne timeto: Christus est!'

H. D.

Quod Sum.

CUR rupem maris insides,
 Demissis oculis, tristia somnians?
 Ludis cum grege Protei?
 An mergum sequeris per freta præpetem?

Old Self.

I sit upon this sea-girt rock,
With downward look and dreaming eye:
But neither do I sport with Proteus' flock,
Nor with the far-bound sea-bird would I fly.

I list the splash so chill and clear
Of yon old fisher's solitary oar,
I watch the waves that rippling still
Chase one another o'er the marble shore.

New Self.

Yet from the splash of yonder oar
No dreamy sounds of sadness come to me:
And yon fresh waves that beat the shore,
How merrily they splash, how merrily!

Old Self.

I mourn for the delicious days,
When those calm sounds fell on my childish ear,
A stranger yet to the wild ways
Of triumph and remorse, of hope and fear.

New Self.

Mournest thou, poor soul, and wouldest thou yet
Call back the things which shall not, cannot be?
Heaven must be won, not dreamed; thy task is set;
Peace was not made for earth, nor rest for thee.

Quod Fui.

Hanc rupem insideo maris
 Demissis oculis, tristia somnians ;
 Nec ludo grege Protei,
 Nec mergum comitor per freta præpetem.

Sed remum senis illius
 Plangentem in gelidis fluctibus audio,
 Risuque innumerabili
 Undarum invigilo lene sequacium.

Quod Sum.

At remi sonitus mihi
 Nullam tristitiæ movit imaginem ;
 Quodque in saxa ruit mare,
 Quam lætum fremuit, quam fremuit ferum !

Quod Fui.

Insontis redeunt mihi
 Felicesque soni et visa puertiæ,
 Quum noram nihil arduum,
 Nec sperare nimis, nec tremere impotens.

Quod Sum.

Nequicquam quereris, miser ?
 Annos et revocas non revocabiles ?
 Insomnis rape sidera :
 Pax non est homini, nec requies tibi.

Propagation of the Gospel.

FROM Greenland's icy mountains,
From India's coral strand,
Where Afric's sunny fountains
Roll down their golden sand ;
From many an ancient river,
From many a palmy plain,
They call us to deliver
Their land from error's chain.

What though the spicy breezes
Blow soft o'er Java's isle,
Though every prospect pleases,
And only man is vile ?
In vain with lavish kindness
The gifts of God are strewn,
The heathen in his blindness
Bows down to wood and stone.

Can we, whose souls are lighted
With wisdom from on high,
Can we to men benighted
The lamp of life deny ?
Salvation ! oh, Salvation !
The joyful sound proclaim ;
Till each remotest nation
Has learnt Messiah's name !

Ite in omnes Terras.

THULES ab usque montibus
Albo gelu rigentibus ;
Ab India, qua curali
Vincunt arenas aggeres ;
Aurumque qua devolvitur
Afri ex apricis amnibus ;
Multo e vetusto flumine,
Multisque palmetis simul,
'Adeste,' clamant, 'tollite
Erroris atra vincula !'

Quid thure, quid si balsamo
Odora Javæ litora,
Si rura pulchriora sunt,
Homoque solus vilis est ?
Frustra Dei benignitas
Largitur effusas opes ;
Ignara gens cœlestium
Deos adorat ligneos !

Et nos, quibus Veri sacrum
Effulsit ex alto jubar,
Cæcis viris negabimus
Vitæ, viæque lampada ?
Salutis O certissimæ,
Enunciate gloriam,
Extrema donec litora
Sonant Iesu nomine !

Waft, waft, ye winds, his story,
And you, ye waters, roll,
Till, like a sea of glory,
It spreads from pole to pole :
Till o'er our ransomed nature
The Lamb for sinners slain,
Redeemer, King, Creator,
In bliss returns to reign!

Heber.

Song of Simeon.

LORD, now lettest thou thy servant depart in peace,
For mine eyes have seen thy salvation,
Which thou hast prepared before the face of all people ;
To be a light to lighten the Gentiles,
And to be the glory of thy people Israel.

St. Luke ii. 29.

Quod fecit, et quod pertulit,
Auræ ferant, ferant aquæ,
Dum sempiterna Veritas
Utrumque pervadat polum ;
Dum purus Agnus, sanguine
Lotos revisurus suo,
Rector, Redemptor, Artifex,
Descendat in terras Deus !

H. D.

Canit Simcon.

DOMINE, jam patiaris
Servum, quem tuum vocaris,
In pace discedere ;
Cum tuæ jubar salutis
Viderim, ut institutis
Docuisti credere ;
Jubar, quod parasti coram
Oculis tu populorum
Sæculis in omnibus ;
Jubar, quod illuminaret
Gentes, gloriamque daret
Israel nepotibus.

H. D.

It is the man of God, who was disobedient unto the word of the Lord.
1 Kings xiii. 26.

PROPHET of God, arise and take
With thee the words of wrath divine,
The scourge of heaven, to shake
O'er yon apostate shrine.

Where angels down the lucid stair
Came hovering to our sainted sires,
Now in the twilight glare
The heathen's wizard fires.

Go, with thy voice the altar rend;
Scatter the ashes; be the arm,
That idols would befriend,
Shrunk at thy withering charm!

Then turn thee, for thy time is short;
But trace not o'er the former way,
Lest idol pleasures court
Thy heedless soul astray.

Thou know'st how hard to hurry by,
Where on the lonely woodland road
Beneath the moonlight sky
The festal warblings flowed;

Where maidens to the Queen of Heaven
Wove the gay dance round oak or palm,
Or breathed their vows at even
In hymns as soft as balm.

Vates Surge Dei.

VATES surge Dei! Surge, et adulteram
 In gentem æthereas præcipita minas:
 Flagrum concute cœli
 Hoc fanum super impium!

Scalis agmen ubi pensile lucidis
 Devenere pios Angelicum patres,
 Nunc falsæ magica aræ
 Splendet flamma crepusculo.

I, devota cadant saxa sub hostia!
 I, spargo et cineres! brachia macera
 Torva voce, profanas
 Amplectentia imagines.

Tum, nec longa mora est, verte retro pedes:
 Calcanda est eadem non tibi semita,
 Ne qua impura voluptas
 Mentem fascinet insciam.

Scis quam difficile est prætereuntibus,
 Qua solis placidorum in nemorum jugis
 Pulcræ sub face Lunæ
 Festum perstrepuerit melos;

Qua palma aut viridi læta sub ilice
 Dianam celebrant carmina virginum,
 Lascivæque choreæ et
 Vespertinus odor precum.

Or thee perchance a darker spell
Enthrals: the smooth stones of the flood,
 By mountain grot or fell,
 Pollute with infants' blood;

The giant altar on the rock,
The cavern whence the timbrel's call
 Affrights the wandering flock:
 Thou long'st to search them all.

Trust not the dangerous path again—
O forward step and lingering will!
 O loved and warned in vain!
 And wilt thou perish still?

Thy message given, thine home in sight,
To the forbidden feast return?
 Yield to the false delight
 Thy better soul could spurn?

Alas, my brother! round thy tomb
In sorrow kneeling, and in fear,
 We read the Pastor's doom,
 Who speaks and will not hear.

The grey-haired saint may fail at last,
The surest guide a wanderer prove;
 Death only binds us fast
 To the bright shore of love.

Seu forte insidiæ te magis impiæ
Seducant; vitreus te lapis amnium,
 Hirto montis in antro aut
 Sparsis sanguine vallibus;

Altare in scopulis vastum adamantinis;
Spelunca, unde greges terruit avios
 Sistri mysticus horror:
 Ardes omnia quærere.

I calles alios: cerne periculum—
O præceps gradus, O propositi mora!
 O frustra morieris
 Fati sic monitus tui?

Jussis rite datis, ante oculos domo,
Impermisse, dapes ad vetitas redis?
 Falso cedis amori,
 Quem spernas animosior?

Heu! dilecte, tuo in cespite supplices
Gravi tristitia sternimur et metu,
 Pastoremque dolemus,
 Qui fert jussa, nec audiet.

Vates in senio sic cadat ultimo;
Fidens in media dux dubitet via!
 Sola morte ligamur
 Puræ litoribus Fide.

Good Friday.

BOUND upon the accursed tree,
Faint and bleeding, who is He?
By the eyes so pale and dim,
Streaming blood and writhing limb,
By the flesh with scourges torn,
By the crown of twisted thorn,
By the sides so deeply pierced,
By the baffled burning thirst,
By the drooping death-dewed brow—
Son of Man! 'tis Thou! 'tis Thou!

Bound upon the accursed tree,
Dread and awful, who is He?
By the sun at noonday pale,
Shivering rocks and rending veil,
By earth that trembles at his doom,
By yonder saints who burst their tomb,
By Eden, promised e'er He died
To the felon by his side,
Lord! our suppliant knees we bow—
Son of God! 'tis Thou! 'tis Thou!

Dies Passionis.

ARBORE in funesta fixus,
 Languens, cruentatus, Ille
 Quis est?—Pallidis ocellis,
 Sanguine, et convulsis membris,
 Carne flagris lacerata,
 Capite intertexto spinis,
 Latere intus penetrato,
 Siti fervida, derisa,
 Fronte letum prolocuta—
 Te videmus, Te fatemur,
 Hominis dolende Fili!

Arbore in funesta fixus,
 Quis est metuendus Ille?
 Meridiano sole nigro,
 Rupibus quassatis, Templi
 Velo penitus disrupto,
 Trepidante circum terra,
 Teste tam tremendæ mortis;
 Paradiso tum promisso
 Exspiranti prope Furi—
 Te videmus, Te fatemur,
 Et Te veneramur omnes,
 Dei manifeste Fili!

Bound upon the accursed tree,
Sad and dying, who is He?
By the last and bitter cry,
The ghost given up in agony;
By the lifeless body laid
In the chamber of the dead;
By the mourners come to weep,
Where the bones of Jesus sleep;
Crucified! we know Thee now;
Son of Man! 'tis Thou! 'tis Thou!

Bound upon the accursed tree,
Dread and awful, who is He?
By the prayer for them that slew,
'Lord, they know not what they do;'
By the spoiled and empty grave,
By the souls He died to save,
By the conquest He hath won,
By the saints before his throne,
By the rain-bow round his brow—
Son of God! 'tis Thou! 'tis Thou!

Milman.

Arbore in funesta fixus,
Quis est moribundus Ille?
Ultima et lugubri voce;
Spiritu excunte diros
Inter mortis cruciatus;
Corpore defuncto mœstis
Strato locis mortuorum;
Accedentibus amicis,
Ut ad ossa Christi flerent—
Crucifixe! Te fatemur,
Hominis dolende Fili!

Arbore in funesta fixus,
Quis est metuendus Ille?
Prece pro nefandis ipsis
Trucidantibus oblata,
'Pater, nesciunt quid agant!'
Tumulo vacante, victo,
Animis per te redemptis,
Ineffabili triumpho,
Sine numero Beatis,
Circa solium supremum
Deponentibus coronas,
Arcu irradiante frontem—
Te videmus, Te fatemur,
Dei manifeste Fili!

The Hospice of Saint Bernard.

WHERE these rude rocks on Bernard's summit nod,
 Once heavenwards sprung the throne of Pennine Jove,
 An ancient shrine of hospitable Love ;
 Now burns the altar to the Christian's God.
 Here peaceful Piety, age on age, has trod
 The waste ; still keeps her vigils, takes her rest ;
 Still as of yore salutes the coming guest,
 And cheers the weary as they onward rove,
 Healing each wayworn limb : or oft will start
 Catching the storm-lost wanderer's sinking cry,
 Speed the rich cordial to his ebbing heart,
 Chafe his stiff limbs, and bid him not to die.
 So tasked to smooth stern Winter's drifting wing,
 And garb the eternal snows in more eternal spring.

Δ.

Alms.

GIVE, if thou canst, an alms ; if not, afford
 Instead of that a sweet and gentle word ;
 God crowns our goodness, wheresoe'er He sees
 On our part wanting the abilities.

Herrick.

Scriptum in Hospitio S. Bernardi.

HÆC ubi saxa vides Bernardi in monte, viator,
Pennini quondam templa fuere Jovis,
Hospitium vetus, et multis memorabile sæclis;
Nunc colitur veri sanctior ara Dei.
Scilicet hic olim voluit sibi ponere sedem
Religio, et notis gaudet adesse jugis;
Utque prius blanda venientes voce salutat,
Deque via fessis alma ministrat opem,
Et fractas reparat vires, reficitque labantem,
Et fovet Alpino membra perusta gelu;
Aut, quos obruerit subita nix lapsa ruina,
Eripit ex alta mole, vetatque mori:
Temperat et Boreæ rabiem, mollitque pruinas,
Et facit æterno vere tepere nives.

S. B.

Uargitio.

SI nummos habeas, da quod habes; si minus id vales,
Da solatiolum dulciloquis et teneris labris:
Si quid fecerimus corde pio, plaudit opus Pater,
Qui nos instituit rerum inopes, et miserans videt.

H. D.

By the Waters of Babylon.

By the waters of Babylon we sat down and wept,

When we remembered thee, O Sion.

As for our harps, we hanged them up

Upon the trees that are therein.

For they that led us away captive

Required of us then a song

And melody in our heaviness;

Sing us one of the songs of Sion.

How shall we sing the Lord's song in a strange land?

If I forget thee, O Jerusalem,

Let my right hand forget her cunning.

If I do not remember thee,

Let my tongue cleave to the roof of my mouth;

Yea, if I prefer not Jerusalem in my mirth.

Remember the children of Edom, O Lord,

In the day of Jerusalem:

Propter Annes Babylonis.

PROPTER annes Babylonis
Sedebamus lacrymantes,
Templi sancti et Sionis
Triste fatum complorantes;

Et ad salices propinquas,
Conspergentes ora fletu,
Fractas figebamus lyras
Plurimo cum eulatu:

Namque amabilem concentum
Exquirebant vexatores,
Jubilemus ut recentum
Inter cladium dolores;

Et clamabant, 'Delectentur
Aures versibus divinis!
Quomodo Dei sonentur
Cantica in peregrinis?

Dextra ludere negato,
Si Sionis obliviscar;
Lingua hæreat palato,
Templi si non reminiscar.

Pende exultationem,
Deus, Edomi, et minas
Quas fuderunt, ut Sionem
Convertebant in ruinas,

How they said,
 Down with it, down with it, even to the ground.
 O daughter of Babylon, wasted with misery,
 Yea, happy shall he be that rewardeth thee
 As thou hast served us.
 Blessed shall he be that taketh thy children,
 And throweth them against the stones.

Psalm cxxxvii.

Home.

BANISHED the house of sacred rest,
 Amid a thoughtless throng,
 At length I heard its creed confessed,
 And knelt the saints among.

Artless his strain and unadorned,
 Who spoke Christ's message there ;
 But what at home I might have scorned,
 Now charmed my famished ear.

Lord, grant me this abiding grace,
 Thy words and sons to know ;
 To pierce the veil on Moses' face,
 Although his speech be slow.

Lyra Apostolica.

Ut fremebant, 'Devastate
 Solymarum ornamenta,
 Et cum solo adæquate
 Urbis alta fundamenta.'

Beatus ille, Babylonis
 Filia misere vexata,
 In te die ultionis
 Qui retribuet hæc fata.

Beatus ille, qui infantes
 Cum parentibus excidet,
 Et ad lapides extantes
 Vitam fragilem elidet.

A. B. H.

Domus.

SACRÆ quietis exul a pura domo,
 Inter sodales improbos,
 Tandem audii percussus expostam fidem,
 Addorque sanctorum gregi.

Auctor modestæ castus eloquentiæ
 Fuit ille Christi nuncius:
 Sed nunc, quod ante spreveram surdus domi,
 Auri irruit famelicæ.

O sempiterna gratia sinas mihi
 Te scire, Te, Deus, et tuos:
 Velata Mosis ora acutum cernere,
 Sermone sit quamvis rudi!

H. D.

To Death.

THOU bidst me come away,
 And I'll no longer stay,
 Than for to shed some tears
 For faults of former years,
 And to repent some crimes
 Done in the present times;
 To don my robes of love
 Fit for the place above;
 To gird my loins about
 With charity throughout:
 And so to travel hence
 With feet of innocence.
 This done, I'll only cry
 'God mercy!'—and so die.

Herrick.

Epitaph.

BENEATH a sleeping infant lies;
 To earth his body lent,
 Hereafter shall more glorious rise,
 But not more innocent.
 And when the archangel's trump shall blow,
 And souls to bodies join,
 Thousands will wish their lives below
 Had been as short as thine.

Wisbeach Churchyard.

Ad Mortem.

JUBES abire, nec recuso,
 Lacrymarum rore fuso,
 Ob culpas præteritorum
 Juveniliū annorum,
 Et, in corde pœnitenti,
 Tempore pro hoc præsentī.
 Quin et pallium amoris
 Induam, quo pergam foris;
 Quod velare me sit aptum,
 Inter cœlites acceptum.
 Sic succinctæ pietate,
 Innocentiâ ligatæ,
 Iter plantæ inchoabunt;
 Et suprema exclamabunt,
 ‘Miserere peccatoris,
 Deus!’ verba hujus oris.

H. D.

M. S.

PARVULUS hic infans molli sub cespite dormit;
 Credita sunt viridi, non data, membra solo.
 Pulchrior exuta posthac tellure resurget,
 Tempore sed nullo castior esse potest.
 Quum tamen attonitos quatiet Tuba nuntia cœlos,
 Junctaque sint animis ossa relicta suis,
 Mille tuo optabunt vitam degisse sub astro,
 Inque brevi tecum deperiisse die.

H. I. H.

Fiat Voluntas.

DEUS Pater, quando exulo
In asperis procul a domo,
Fac corde supplicem meo,
Fiat voluntas O tua!

Sors ut siet mi tristior,
Ne murmurem superior;
At vox sonet divinior,
Fiat voluntas O tua!

Si raptum amicum defleam,
Solam terens solus viam,
Fretus Deo respondeam,
Fiat voluntas O tua!

Si me resignatum voces,
Quas arctius retineo res,
Nunquam meas—tuas habes;
Fiat voluntas O tua!

Sin æger usque conterar,
Fidens humiliter obsequar,
Et des precanti ut eloquar,
Fiat voluntas O tua!

Meam voluntatem nova,
Et indies misce tua;
Sitque petere arduum veta,
Fiat voluntas O tua!

F. W.

The fear of the wicked, it shall come upon him.

God is on the side of Virtue: for whoever dreads punishment, suffers it; and whoever deserves it, dreads it.

Colton.

In Bremhill Churchyard.

A POOR old soldier shall not lie unknown,
Without a verse and this recording stone.
'Twas his in youth o'er distant lands to stray,
Danger and death companions of his way.
Here, in his native village, stealing age
Closed the lone evening of his pilgrimage.
Speak of the past, of names of high renown,
Or brave commanders long to dust gone down,
His look with instant animation glowed,
Though ninety winters o'er his head had snowed!
Think, Stranger, that his spirit lives with God,
And pluck the wild weeds from the lowly sod,
Where, dust to dust, beneath the chancel shade,
Till the last trump, a brave man's bones are laid.

Bowles.

Qui pœnam metuit, punitur.

JUSTITIA gaudere Deum sic collige; pœnas
 Qui meruere, timent; qui timuere, luunt.

B. H. K.

In Reliquiis Militis.

Qui jacet hoc tacito pauper sub cespite miles,
 Nec sileat carmen dedecoretve lapis.
 Mane juventutis nihil impediabat euntem,
 Sint comites dubiæ Morsque Laborque viæ.
 Hic colle in patrio tranquilla crepuscula vitæ
 Clausit et extremum tarda senecta diem.
 Quod si bella olim pugnata, trucesque triumphos
 Nomina si caneres semisepulta Ducum,
 Scintillare senes oculi, pendereque dictis,
 Totaque præcani Nestoris ora loqui.
 Carpe rudes herbas; sacer est locus, Hospes, in umbra;
 Jam cœlo fruitur Spiritus iste suo;
 Quin clangente tuba surget de pulvere pulvis,
 Et reddet fortem sub pede Terra virum.

H. D.

Recovery from Sickness.

O SAVIOUR of the faithful dead,
With whom thy servants dwell,
Though cold and green the turf is spread,
Above their narrow cell;

No more we cling to mortal clay,
We doubt and fear no more,
Nor shrink to tread the darksome way,
Which Thou hast trod before.

'Twas hard from those I loved to go,
Who knelt around my bed,
Whose tears bedewed my burning brow,
Whose arms upheld my head!

As fading from my dizzy eyes,
I sought their forms in vain,
The bitterness of death I knew,
And groaned to live again.

'Twas dreadful when the accuser's power
Assailed my sinking heart,
Recounting every wasted hour,
And each unworthy part:

But, Jesus, in that mortal fray,
Thy blessed comfort stole,
Like sunshine in a stormy day,
Across my darkened soul.

In Valetudinem Reditus.

O MORTUORUM Tu fidelium salus,
Quocum reviviscunt Tui,
Utcunque cespes frigidus lasciviat
Super sepuleralem domum ;

Non amplius mortale poscimus lutum ;
Effugit hæsitans metus ;
Tecum per umbras ibimus nigerrimas,
Quamque Ipse calcasti viam.

Hæu ! quos amabam, vix tuli relinquere,
Circa torum stantes meum,
Frontem irrigantes aridam fletu pio,
Caput levantes brachiis.

Vertiginosis ora quum sodalium
Frustra petissem pupulis.
Novi severam mortis expertus manum, et
Ut parcerer, fudi preces.

Quis non inarsit horror in præcordiis,
Quando imminens Vindex reo
Recensuit consumpta prave tempora,
Et leviter effusos dies ?

Sed dulce Christus adstitit solatium,
In lite capitali mea ;
Caliginoso sicut in die jubar,
Animæ serenans nubila.

When soon or late this feeble breath
No more to thee shall pray,
Support me through the vale of death,
And in the darksome way.

When clothed in fleshly weeds again
I wait thy dread decree,
Judge of the world, bethink thee then,
That Thou hast died for me!

Heber.

Evening Hymn.

God, that madest earth and heaven,
Darkness and light!
Who the day for toil hast given,
For rest the night;
May thine angel guards defend us,
Slumber sweet thy mercy send us,
Holy dreams and hopes attend us
This livelong night.

Heber.

Quocunque languens spiritus sub tempore
Christum precari desinat,
In transeunda valle mortis adjuva,
Manum in tenebris porrigens.

Cum carne rursus induar perterrita,
Sententiam expectans gravem,
Sis o memor sis, Arbiter mortalium,
Mihi morte vivendum Tua.

H. D.

Hymnus Vespertinus.

O DEUS, o Tu, qui terras cœlosque parasti,
Quique diem et tenebras,
Qui perferre jubes læta sub luce labores,
Otia nocte refers;
Angelicis functos operum tuare ministris,
Dum sopor altus habet;
Spesque hilares adstent et longa noctis in hora
Somnia sancta toris.

H. D.

Balaam's Parable.

I SHALL see him, but not now :
I shall behold him, but not nigh :
There shall come a Star out of Jacob,
And a sceptre shall rise out of Israel,
And shall smite the corners of Moab,
And destroy all the children of Sheth.
And Edom shall be a possession,
Seir also shall be a possession for his enemies ;
And Israel shall do valiantly.
Out of Jacob shall come he that shall have dominion,
And shall destroy him that remaineth in the city.
Amalek was the first of nations,
But his latter end shall be,
That he shall perish for ever.

Numbers xxiv.

Epitaph.

WHY should this earth delight us so ?
Why should we fix our eyes
On these low grounds, where sorrows grow,
And every pleasure dies ?

Alconbury Weston Churchyard.

Vates Deum interpretatur.

Ego videbo! Ego aspiciam!
 Ego illius novero faciem,
 Non nunc, at in posterum:
 Stella de Jacob radios porriget,
 Sceptrum in manibus Israel eriget
 In terrorem hostium!

Pellet a finibus hic Moabitam,
 Eruet Shethi domum avitam,
 Cœlipotens Lacertus:
 Ibit et Edomi satur spoliis,
 Sheir et addet serti foliis,
 Israel ignea virtus.

Victor a Jacob mox dominabitur:
 Neci quod superest urbium dabitur,
 Non immeritis vicibus:
 Fuerit Amalek gentium gloria;
 Illius illius cadet memoria
 Revulsa e radicibus!

H. D.

M. S.

CUR adeo nobis fugitiva hæc terra placebit?
 Cur oculos humili figimus usque solo?
 Multus ubi exoritur dolor, accrescitque dolori;
 Et quicquid misero rideat orbe, perit?

F. H.

In vain do they worship me.

MEN will write for Religion, fight for it, die for it :
anything but live for it.

Colton.

Sion delibered.

WHEN the Lord turned again the captivity of Sion,
We were like them that dreamed.
Then was our mouth filled with laughing,
And our tongue with singing :
Then said they among the Heathen,
The Lord hath done great things for them.
The Lord hath done great things for us,
Whereof we are glad.
Turn again our captivity, O Lord,
As the streams in the south.
They that sow in tears shall reap in joy.
He that goeth forth and weepeth, bearing precious
seed,
Shall doubtless come again with rejoicing,
Bringing his sheaves with him.

Psalm cxxvi.

Vibitur hoc pacto.

SCRIBERE, Religio, pro te, pugnare, perire,
 Possumus: at tecum vivere nemo potest.

B. H. K.

Quando Deus.

QUANDO Deus exsultantes
 Nos Sione et evagantes
 Strenua manu reduxit,
 Sicut somnium illuxit

Ille dies candidus:

Ora risus mox implebat,
 Lingua gaudium prodebat:
 Exteræ dixere gentes,
 Vim Jehovæ confitentes,

Magna fecit Dominus.

Imo magna jam videmus,
 Clare facta, quis gaudemus.
 Verte, Deus, fugam plebis,
 Reddens gaudium, ut glebis

Sole tostis fluvius.

Sevimus heu lacrymantes,
 At non frustra laborantes:
 Mox metemus lætiores,
 Segetisque uberioris

Fructus erit prosperus.

H. J. H.

Hymn.

How are thy servants blest, O Lord,
How sure is their defence!
Eternal Wisdom is their guide,
Their help Omnipotence.

In distant lands and realms remote,
Supported by thy care,
Through burning climes I passed unhurt,
And breathed in tainted air.

Thy mercy sweetened every toil,
Made every region please;
The hoary Alpine hills it warmed,
And smoothed the Tyrrhene seas.

Addison.

Epitaph on an Infant.

ERE sin could blight or sorrow fade,
Death came with friendly care,
The opening bud to Heav'n conveyed,
And bade it blossom there.

Coleridge.

Ob Reditum.

FELIX obsequio, qui Superos colit
 Terrarum dominos: scilicet in dies
 Cui sanctum invigilat consilium Patris,
 Servatque omnipotens amor.

Nempe in limitibus sic ego barbaris
 Erravi intrepidus; sic quoque pulveres
 Calcavi nimios, nec violabilis
 Traxi morbiferum aëra.

Hæc mercede juvans omne solum Deus
 Explevit vacuum, leniit asperum,
 Canis temperiem reddidit Alpibus,
 Tyrrhenum explicuit mare.

C. M.

M. S.

ANTE malum quam te culpa maculaverat, ante
 Quam poterat primum carpere cura decus,
 In cœlos gemmam leni Mors transtulit ictu,
 Inque suo jussit sese aperire solo.

S. B.

Pain

may be said to follow Pleasure, as its Shadow ;
but the misfortune is that in this particular case
the Substance belongs to the Shadow, the Empti-
ness to its Cause.

Colton.

Live while you live.

‘LIVE while you live,’ the Epicure will say,
‘And give to pleasure every fleeting day :’
‘Live while you live,’ the sacred Preacher cries,
‘And give to God each moment as it flies.’
Lord, in my life let both united be ;
I live to pleasure, while I live to thee.

Doddridge.

Corporis Umbra.

CURA voluptatis comes est, ut corporis umbra;

Sed post interitum corporis umbra manet.

B. H. K.

Dum bibimus, bibamus.

ΧΡΗ ζῆν ἕως ζῆς, ὡδ' Ἀρίστιππος λέγει,
 θηράν ἔχοντα τῆς κατ' ἡμαρ ἠδουῆς·
 χρὴ ζῆν ἕως ζῆς, μαντικὸν φωνεῖ γένος,
 καιρόν θ' ἀγίζειν τὸν παρόντ' αἰεὶ Θεῶ.
 ἡμεῖς δὲ τὸν τε καὶ τὸν αἰνῶμεν λόγον,
 οἱ ζῶντες ἐν σοί ζῶμεν ἠδέως, Θεός.

B. H. K.

'DUM vivis, vivas,' Epicuri de grege clamat,
 'Daque voluptati, dum fugit usque, diem;'
 'Dum vivis, vivas,' Christi de nomine dictus,
 'Daque Deo,' clamat, 'dum fugit usque, diem.'
 Dirigat hic vitam, vitam mihi dirigat ille;
 Quodque voluptati, detur id omne Deo.

F. W.

At a Funeral.

BENEATH our feet and o'er our head
Is equal warning given :
Beneath us lie the countless dead,
Above us is the heaven !

Their names are graven on the stone,
Their bones are in the clay,
And ere another day is done
Ourselves may be as they.

Death rides on every passing breeze,
He lurks in every flower,
Each season has its own disease,
Its peril every hour.

Our eyes have seen the very light
Of youth's soft cheek decay,
And fate descend in sudden night
On manhood's middle day ;

Our eyes have seen the steps of age
Halt feebly towards the tomb ;
And yet shall earth our hearts engage,
And dreams of days to come ?

Turn, mortal, turn ! thy danger know ;
Where'er thy foot can tread,
The earth rings hollow from below,
And warns thee of her dead.

In Exsequiis.

PAR est, quæ datur, monitio
 Supra capita et infra pedes :
 Supra, poli constitutio ;
 Infra, mortuorum sedes !

Marmore inscribuntur nomina,
 Artus madida stringit humus ;
 Lux priusquam cessit crastina,
 Quod sunt illi, forte nos sumus.

Mors Eurisque Zephyrisque
 Equitat ; omni in flore latet ;
 Annus suis morbis, suisque
 Quæque fatis hora scætet.

Rosam vidimus in genis
 Mollis suppressi juventæ ;
 Vitæque ignibus in plenis
 Noctem cadere quam repente !

Vidimus ægris graves annis
 Vix ad tumulum claudicare ;
 Carnisque obsitos nos pannis
 Turpiter juvat somniare ?

O vertere, mortalis homo !
 Periculum qui nescit, cadit :
 Terra de mortuorum domo
 Cavum mugiens, multa tradit.

Turn, Christian, turn! thy soul apply
 To truths divinely given;
 The bones that underneath thee lie
 Shall live for hell or heaven!

Heber.

The End.

To die is landing on some silent shore,
 Where billows never break nor tempests roar:
 Ere well we feel the friendly stroke, 'tis o'er.
 The wise through thought the insults of death defy,
 The fools through blessed insensibility.
 'Tis what the guilty fear, the pious crave,
 Sought by the wretch, and vanquished by the brave;
 It eases lovers, sets the captive free,
 And though a tyrant, offers liberty.

Garth.

Introit.

O most merciful,
 O most bountiful,
 God the Father Almighty!
 By the Redeemer's
 Sweet intercession,
 Hear us, hear us, when we cry!

Heber.

O vertere, cui Verum patet,
 Christi verba, Christi ædes;
 Vivet, omne quod hic latet,
 Supra capita aut infra pedes.

H. D.

Exitus acta probat.

TALE mori, qualis placidam descensus in oram,
 Prævenit extremam mens ubi firma vicem.
 Ingenio meliore suo Sapientia morti,
 Stultitia ingenio deteriore, vacat.
 Quam pravi timuere, pii optavere propinquam,
 Tristia quam quærent, fortia corda domant;
 Vincula amatorum, captorum vincula solvit,
 Et præstat, quamvis dura magistra, fugam.

H. J. T. D.

Introitus.

O tu clementissime,
 O tu benignissime,
 Qui rerum potens omnium,
 Per gratiam Redimentis,
 Per et Intercedentis,
 Audi, audi, vocantium!

H. D.

Psalm xliii.

MY Shepherd is the living Lord,
I therefore nothing need ;
In pastures fair, near pleasant streams,
He setteth me to feed.

He shall convert and glad my soul,
And bring my mind in frame,
To walk in paths of righteousness,
For his most holy name.

Yes, though I walk the vale of Death,
Yet will I fear no ill ;
Thy rod and staff they comfort me,
And Thou art with me still.

And in the presence of my foes
My table Thou hast spread,
Thou wilt fill full my cup, and Thou
Anointed hast my head.

Through all my life thy favour is
So frankly shewn to me,
That in thy house for evermore
My dwelling-place shall be.

Pastor Meus.

PASTOR meus, vivus Deus;
Nihilo sum cariturus;
Puleris pratis, aquis gratis,
Ille me est aliturus.

Ducet viis Idem piis,
Animam convertens meam;
Propter Nomen, felix omen
Mihi dans, quocunque eam.

Mortis vallis, licet callis
Fuerit, quo ambulabo;
At nil mali, fretus tali
Certo Duce, formidabo.

Mensam eibis Tu parabis,
Deus, hostes meos pungens;
Poela mero tu sincero
Plena reddes, caput ungens.

Omnes rite dies vitæ
Sic redundat Tua gratia;
Tu concedes, ut sint ædes
Meæ in cœlis palatia.

Prayer for Absolution.

For every sentence, clause, and word,
That's not inlaid with Thee, O Lord,
Forgive me, God! and blot each line
Out of my book, that is not Thine.
But if midst all Thou findest one
Wanting Thy benediction,
That one of all the rest shall be
The glory of my work and me.


Herrick.

Propitietur Deus.

Si quid in his fuerit, sententia, clausula, verbum,
 Quod non te sapiat vel tua, sancte Deus,
 Ignoscas precor, impermissaque carmina dele;
 Quodcunque indignum vivere, dispereat.
 Si tamen invenies de tot modo versibus unum,
 Quem sinis æthereas, Maxime, adire domos,
 Hic erit exemplo, commendabitque libellum,
 Et vati et tremulæ gloria sola lyræ.

H. D.





UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

Los Angeles

This book is DUE on the last date stamped below.

Form L9-Series 4939

University Of California, Los Angeles



L 007 596 465 0

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 417 716 8



